BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
30 D
34

Digitized by Google

XIX 635

Digitized by Google

Digitized by Google



VITA SANCTISSIMI PATRIS GVILIELMI VERCELLENSIS ABBATIS.

FVNDATORIS CONGREGATIONIS Montis Virginis.

Nec non

VITA SANCTI IOANNIS à Mathera Abbatis Pulſanenſis eius Socij.

ET S. AMATI EPISCOPI NVSCANI ipſius Diſcipuli.

AC S. DONATI A RIPA CANDIDA eiuſdem Congregationis Monachi.

BIBLIOTECA NA ROMA VITTORIO EMANUEL



Neapoli, apud Camillũ Cauallum. 1643.

VITA
SANCTISSIMI PATRIS
GVILIELMI
VERCELLENSIS
ABBATIS:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

FVNDATORIS CONGREGATIONIS
Montis Virginis Ordinis Diui Benedicti.

Olim iuſſu Domini D. Iacobi Abbatis Sancti Saluatoris de Guleto à D. Ioanne de Nuſco Monacho S. Patris diſcipulo ſcripta.

Nunc verò ex vetuſtiſſimo Codice litteris Longobardis exarato, & in Sacro Monaſterio Montis Virginis de Monte aſſeruato, per Ordinem in plura capita diuiſa.

Vna cum
VITA S. IOANNIS A MATHERA APPVLI ABBATIS
Pulſanenſis ipſiuſmet Sancti Patris Guilielmi Socij.

Nec non
SANCTI AMATI EPISCOPI NVSCANI
eius Diſcipuli.

ET S. DONATI DE RIPACANDIDA
Eiuſdem Congregationis Monachi.

In lucem edita opera, & ſtudio.
MI
REV. P. D. D. IO: IACOBI IORDANI
Abbatis Generalis præfatæ Congregationis.

S. Andrea della Valle.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISS.^MO^ ET REVERENDISS.^MO^

PRINCIPI ALEXANDRO S. R. E. CARDINALI CAESARINO

CONGREG. MONTIS VIRGINIS Ordinis S. Benedicti Protectori Vigilantiſſimo.

D. IOANNES IACOBVS IORDANVS eiuſdem Congregationis Abbas Generalis humillimus ſeruus.

QVATVOR noſtræ Congregationis Sãctorum Vitæ è vetuſtiſſimis Codicibus erutæ in lucem veniunt, Princeps Eminentiſſime, ſed in lucem tuam, cuius patrocinium adeo glorioſum, ac dignum eſt, vt illud noſtræ familiæ Patres, non modo qui ſu-

Digitized by Google

ſuperſunt ambiant, ſed etiam qui extincti ſunt. Cum igitur ad huius Religionis gubernacula regenda ſemel, & iterum lectus ſim, priore præfectura collapſum vetuſtate Templum Virginei Montis reſtitui, altera Diuorum Vitas vetuſtate obliteratas profero. Primo Templum Diuis paratum eſt, nunc Diui Templo. Illud Regali quondam munificentia poſitum, nunc diligentia, labore, ac potiſſimum precibus erectum. Hæ verò, vt barbarum ferè ſeculum ferebat, incultæ, vt caractere, ita ſtylo nunc proferuntur vetuſtate tantum probandæ, quæ in ſua ſimplicitate non parum habet dulcedinis, & multum authoritatis. Equidem illas tibi fore non ingratas opinor; & quod meæ ſint, quem ſemper (quæ tua eſt benignitas) beneuolentia proſequutus es plane ſingulari, & quod Cœlitum, quibus, & ſtudere debes, & pro tua pietate maximè ſtudes. Iam verò mihi debebatur hic labor, Vitam præſertim Sanctiſſimi Patris Guilielmi in lucem prodere; Cum enim à ſuo Diſcipulo Ioanne de Nuſco iuſſu Abbatis D. Iacobi, qui eundem Sãctiſſimum Auctorem noſtrum proxime conſecutus eſt, conſcripta perhibeatur, expoſcebat profectò

ſu-

ſudores meos, qui meo nomine vtriuſque nomen amplector. Sed maxime debebatur tibi, etenim ferunt primas olim litteras à Noemi filijs duabus columnis inſcriptas lateritiæ, lapideæque, quaſi litterarum fatum ſit columnis adhæreſcere: Qua propter tuæ tantummodo Columnæ firmitatem hic liber ambiuit, ideoque maxime quod è ſinu vetuſtatis erutus, ſciat Columnas nec carie lædi, nec vetuſtate deficere. Cęterum tuo ſub patrocinio Diui prodeunt, an quia tacita quadam voce eum tibi honorem augurantur, in cuius apice ſi conſtituaris, tuum erit Cœlo Diuos aſcribere. O votum! ſecundet hoc Deus Optimus Maximus, & totius Chriſtianæ Religionis, & noſtræ Familiæ bono. Vale Princeps Eminentiſſime, & tuæ pennis Aquilæ in Cœlum ipſum euoles gloria, quò iampridem euolaſti fama, atque eius portæ claues accipias, ex qua Diui, quos hic deſcribimus, prodeant vt Tibi, Nobis, atq; Orbi faueant vniuerſo

AD LECTOREM.

AD tuam eruditionem, candide Lector, ſimulque ad pietatis augmentum, ac Dei gloriam has quatuor Virginei Montis Congregationis Diuorum Vitas ab inſignibus deſcriptas Auctoribus, & è vetuſtiſsimis Codicibus erutas in lucem expoſui. In quorum enarratione, ſi quid mutilatum, aut ſuperfluum tua lyncea perſpicacitate obſeruaueris, id non meæ incuriæ quæſo aſcribas, ſed tua, qua decet, benignitate, deprecor, prætereas. Etenim ipſe ob obſeruantiam Dominici dicti, Non licet manum mittere in meſſem alienam, nihil in illis innouaui, nil addidi, præter ordinem, & diſtinctionem. Verum hoc tibi certè polliceor opus iſtud arrham fore Chronicorum Montis Virginis, quæ vulgari ſermone quamprimum, Deo fauente, Typis mandabo, in quibus de antiquiſsimis, & præclaris geſtis in præfato Monte pleniſsimè certiorem te faciam. Vale.

Digitized by Google

Idem facio ego Bartholomæus Chioccarellus Neapolitanus, vtriuſque Iuris Doctor, & in verbo veritatis teſtor, qualitèr annis præteritis proprijs manibus, ſummo labore exſcripſi vitam, miracula, & officium Sancti *Ioannis de Mathera Apuli, primi Abbatis, & fundatoris Cœnobij* Sanctæ *Mariæ de Pulſano in Monte Gargano, ex vetuſto, & prægrandi Codice in carta pergamena, Longobardis literis cōſcripto, qui ſeruabatur in metropolitana Eccleſia Sancti Michaelis Archangeli de Mōte Gargano, quæ quidem vita fuerat conſcripta ab Anonymo eius temporis ſcriptore ſynchrono, & oculato teſte, qui teſtatur dictum Sanctum Ioannem cæleſtem patriam aſcendiſſe anno* 1139. *eiuſq; corpus in Eccleſia dicti Monaſterij quieſcere, & in fidem ſubſcripſi, & meo ſigillo ſignaui. Neapoli die primo Iulij* 1642.

Ego qui ſupra Bartholomæus Chioccarellus *ſcripſi, & ſubſcripſi, & ſigillaui.*

Locus † *ſigilli.*

Fidem facio ego Notarius Honofrius Ianuenſis de Neap. in Curia Notarij Ioannis Baptiſtę Frāchi præſentem fidem fuiſſe ſcriptam, & ſubſcriptam propria manus ſupraſcripti Bartholomæi Chioccarelli in mei præſentia. Et in fidem hanc feci, & ſignaui requiſitus.

Locum † ſigni.

F *Idem facio ego Martius de Griſi de Neap. Regius, & Apoſtolicus Notarius, & in Romana Curia tabellionatus, qualiter hodie 16. die menſis Octobris 1642. perſonaliter acceſſimus ad Venerabilem Domum Sanctorum Apoſtolorum Ordinis Theatinorum, & propriè in Bibliotheca communi eiuſdem Domus, & dum eſſemus ibidem fuit mihi præfato Notario oſtenſus per manus A. R. P. D. Frãciſci Boluiti Bibliothecarij dictæ Bibliothecę ex claſſe hiſtoricorum ſacrorum liber in quarto folio, nempe Martyrologium Vſuardi emendatum à Georgio Antonio* Veſpuccio, *et impreſſum anno Domini* 1486. *ſicuti in fine dicti libri legitur his verbis. Hoc opus diligentia Domini Georgij Antonij Veſpucci Cathedralis Eccleſiæ Florentinæ Præpoſiti emendatum, correctumque impreſſum eſt Florentiæ per Presbyterum Franciſcum de Bonacurtijs anno ab Incarnatione Domini MCCCCLXXXVI. 8. Id. Noueb. vbi leguntur infraſcripta.*

Duodecimo Kal. Iulij.

Apud Pontianas Inſulas S. Siluerij *Primi Papæ, & Martyris, qui poſt* Petrum *quinquageſimus nonus, ſedit annum vnũ, menſes quinque, & dies vndecim, qui conſentiente Iuſtiniano Imperatore à* Belliſario *patritio depoſitus, & monachus factus, in exilio interfectus eſt. Romæ Sancti Nouati, Fratris Sancti Thymothei* Presbyteri, *qui ab Apoſtolis in fide eruditi ſunt, horum ſorores fuerunt Potentiana, & Praxedis, Sacræ Virgines Chriſti, Ciuitate Tomis Sanctorum Martyrum* Paulini, *Cypriani, Fælicis, et* Fæliciani, *cum alijs*

plu-

pluribus. Item Sancti Ioannis Abbatis, & Eremitæ Sipontinæ Dioceſis in Apuliæ partibus primi Abbatis, & fundatoris Ordinis Pulſanenſis *magnæ ſanctitatis Viri. Et alibi.*

Deinde acceſſimus ad Bibliothecam manuſcriptorũ, vbi ab eodem Patre D. Franciſco Boluito oſtenſus fuit mihi Codex antiquiſſimus in pergameno litteris Longobardicis conſcriptus in folio, qui erat Martyrologium Pulſanenſis Eccleſiæ, in quo duodecim Kalen. Iulij, hæc verba leguntur: Duodecimo Kal. Iulij Natalis Beatiſſimi Eremitæ Ioannis Sanctæ Pulſanenſis Eccleſiæ Abbatis, *qui viuus in ſeculo ſe totis viribus mortificauit pro* Chriſto, *huius venerabilis obitus extitit duodecimo Kal. Iulij Anno Incarnationis Verbi 1139. indictione ſecunda. Ut clarè conſtat ex dictis libris, qui cõſeruantur in dicta Domo, & Bibliotheca Sanctorum Apoſtolorum mihi pro facienda præſenti exhibitis, & ſupradicto* Ad. *R. P. Franciſco reſtitutis, quibus me refero. Et in fidem ego præfatus Notarius Martius de Griſi de Neap. hic me ſubſcripſi, & meo ſolito, & conſueto ſigno ſignaui requiſitus. Datum, vt ſup.*

Locus † ſigni.

NOi Dignità, e Canonici della Chieſa Cathedrale di S. Michele Arcangelo della Città del Mõte Gargano, facemo piena, & verifica fede à chiunque la preſente peruenerà nelle mani, come nella Chieſa Abbatiale di S. Maria di Pulſano della giuriſdittione di queſto Arciueſcouato, ſi conſeruano le Reliquie del Venerabile Abbate di detta Chieſa S. Giouanni detto Pulſanenſe, e ſono riuerite diuotamente, & il Santo è ſtato ſempre da tutti fedeli, così di queſta Città, e della Religione, come da peregrini tenuto, & adorato per tale, & viene inuocato da fedeli nelli loro biſogni. Che per la verità ſi è ſcritta la preſente dal noſtro Sig. Arciprete, e ſottoſcritta da tutti di propria mano, ſigillata con il ſigillo della noſtra Cathedrale. Nella Città del Monte Gargano, li 10. d'Ottobre 1642.

Locus † ſigilli.

D. Baldaſarro Giordano Archidiacono.
D. Franceſco Viſchi Arciprete Garganico.
D. Giuliano de Giuliano Primicerio Garganico.
D. Mario de Giorgis Primicerio Garganico.
D. Gio. Andrea Palombo Canonico Decano.
D. Gio. Domenico Torre Canonico Garganico.
D. Marco Antonio Palombo Canonico Garganico.
D. Gio Battiſta Giordano Canonico Garganico.
D. Thomaſo Piſtoia Canonico Garganico.
D. Donato Pinto Canonico Garganico.
D. Conſaluo Palumbo Canonico Garganico.

D. Ni-

D.Nicola Mazzamarra Canonico *Garganico.*
*D.*Pietro *Petrouilla* Canonico *Garganico.*

*Ego D.*Alexander *Peruccius S.T. Doctor Prothonotarius Apoſtolicus fidē facio, qualiter ſupra ſcripti, & retroſcripti Dignitates, et* Canonici *Garganici, qui proprijs manibus hunc fidē ſubſcripſerunt, tales ſunt, quales ſe faciūt, & ideo me ſubſcripſi, et meo ſigillo ſignaui.*

Idem D.Alexander Peruccius affirmo vt ſup.

Locus † ſigilli.

Digitized by Google

NOi Sindico, Eletti, e Conſeglieri della Città di Sant' Angelo nel Monte Gargano facemo vera fede in giudicio,& eſtra, come San Giouanni Pulſanenſe Abbate della Veneranda Chieſa di Sãta Maria di Pulſano poſta nel territorio di detta Città è ſtato tenuto,et adorato per Santo da tutti,e così hoggi ſi reputa, & adora,e le ſue Reliquie ſtanno in detta Chieſa, e ſono venerate con grandiſſima reuerenza, e li popoli di queſta Città,e dell'altre conuicine hanno molta deuotione à queſto Santo, & viene inuocato nell'occorrẽze da deuoti fedeli in ſuo agiuto appreſſo Noſtro Signore,e della Beatiſſima Vergine di Pulſano;e per traditione de vecchi,e de gl'antichi Religioſi di detta Chieſa,et Eremiti della Valle del Pennacchio di detta Chieſa, ſapemo,che detto Santo haue operato infiniti miracoli,e che in quella Chieſa ſia ſtato recitato il ſuo officio poſto nel Breuiario antico Pulſanenſe ſcritto in pergameno, & vi ſia ſtata ſollennizzata la ſua feſtiuità, che per eſſerui ſtata queſta mutatione di Religioſi per il ſeruitio di detta Chieſa ſia ſtata intermeſſa la recitatione del detto officio,e la celebratione della feſta da pochi anni in quà;che per la verità di tutto ciò hauemo fatto la preſente ſottoſcritta da noi,e ſigillata col ſigillo della Città hoggi 12.d'Ottobre 1643.

Locus † ſigilli.

Gio.Gregorio Fiore Sindico.
Giulio Viſco Eletto.
Gio.Carlo Gammadono Eletto.
Col' Antonio Conſangno Eletto.

Fran-

Franceſco Pecucci iudicialitèr Conſegliero.

Iulius Caſar *Verrois Ar.& M.D.&* Conſiliarius.

Dottore Franceſco Principe Conſegliero.

Gio.*Battiſta Nardino* Conſegliero.

Notar Lorenzo Scongini Conſegliero.

Notar Clemente *Nardino* Conſegliero.

Fabio Ciocila Conſegliero.

Io Gioſeppe *Palombo* Conſegliero.

Alberto de Nittis Conſegliero.

Gio.*Raniero* Peruccio Conſegliero.

Lonardo Prencipe *Conſegliero.*

Michele Giuliano *Conſegliero.*

*A.Ben.*Cancellarius.

Retroſcripta fides facta manu Cãcellarij huius Ci*uitatis, fuit ſubſcripta manibus proprijs Dominorum de Regimine,&* de Conſilio *ipſius me præſente, & ſui ſigilli magni impreſſione roborata : ideò in fidem hic me ſubſcripſi,& ſignaui rogatus.*

D.*Ioannes* Gregorius *de Auantagia Iudex,et Notarius* Apoſtolicus.

Locus † ſigni.

*Ego D.*Alexander *Peruccius S. T. Doctor,& Prothonotarius Apoſtolicus fidem facio,qualiter ſupraſcriptus D.Ioannes Gregorius de Auantagia,qui prædictam fidem fecit,& ſubſcripta manu propria,& eius ſigillo, ſiue signo officij ſignauit, talis eſt,qualẽ ſe fecit,& eius ſcripturis ſemper adhibenda fides in iudicio, & extra. In quorum fidem me ſubſcripſi,& ſigillo meo ſigillaui.*

Locus † *ſigilli.*

Idem D.Alexander Peruccius *affirmo,vt ſup.*

Digitized by Google

IO Fra Gioſeppe Lucchino da Melſi Vicario nell'Abbadia di Santa Maria di Pulſano eſſendo Abbate l'Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Don Pietro Colõna, fò piena, & indubitata fede à chi aſpettarà vedere, come in queſta Chieſa, ſeu Abbadia ſotto l'altare maggiore della Madonna Santiſſima di Pulſano, habbiamo per traditione vi ſiano dui corpi ſanti ſotto l'altare, cioè S. Gio. di Mathera Abbate in detta Abbatia, & anco il capo di S. Gio Buono Abbate, e diſcepolo di detto S. Io. di Mathera; E nel Reliquiario di detta Chieſa vi è mezza teſta, la parte di ſopra cõ queſta iſcrittione, Sancti Io. Abbatis Pulſanenſis Caput, & vn oſſo del braccio intiero, doue ſi conſerua dentro vn braccio di rama indorato, con queſta iſcrittione, Sancti Ioannis de Mathera. Et in un Breuiario antico di carta pergamena, quale ſi conſerua appreſſo di noi vnito con la regola del Padre San Benedetto ſcritto à mano di lettera antica, ſono le ſequente parole. Duodecimo Kalẽdas Iulij Natalis Beatiſſimi Eremitę Ioannis Sanctę Pulſanenſis Eccleſię Abbatis, qui viuus in ſeculo ſe totis viribus mortificauit pro Chriſto, cuius venerabilis obitus extitit duodecimo Kalendas Iulij Anno Incarnati Verbi milleſimo centeſimo trigeſimo nono indictione ſecunda. Et in alia, octauo Kalendas Februarij eodem die Natalis Beatiſſimi Confeſſoris, atque Sacerdotis Chriſti Ioelis Sancta Pulſanenſis Eccleſia Abbatis, qui rexit Eccleſiam annis triginta tribus, cuius vita celeberrima, ac ſanctitatis gratia innumeris preclara extitiſſe dignoſcitur miraculis. In alia ſeptimo Kalendas

Mar-

Digitized by Google

Martij eodem die Ioannis Abbatis diſcipuli dicti Ioannis Pulſanenſis Abbatis, quem ſuſcitauit à mortuis in Monaſterio Pulſanenſi, poſtea miſit ipſum in Mileto in inſula Abbatem, illic vitam eremiticam duxit, & multis miraculis, & virtutibus coruſcat. E nella ſteſſa Chieſa vi ſono dui altri corpi; cioè di San Ioele ſopradetto; e di S. Giordano Monaci, li quali corpi ſono repoſti in luogo verſo il corno dell'euangelio dell'altare maggiore con molta veneratione, dichiarādo di più, ch'il predetto S. Gio. di Mathera, & il Beato Gio. Buono ſuo diſcepolo, e San Gioele, & il Beato Giouanni ſono tenuti da tutti per Santi, e ſi adorano per tali dalli fedeli di queſte parti, e ne habbiamo relatione habbiano fatti miracoli à tempi noſtri, & in fede del vero li hò ſcritta la preſente di mia propria mano, e firmata con il noſtro ſuggillo il di 10. di Ottobre 1642.

Io Fra Gioſeppe Lucchino da Melfi Vicario manu propria.
Io Frate Antonio da S. Gio. Rotondo confermo vt ſupra.
Io Clerico Antonio Mozreco ſon teſtimonio.
Io Fra Felice de Iulijs confermo vt ſup.
Io D. Gioſeppe di Caſſano ſon teſtimonio.
Io Fra Carlo Eremita confermo, vt ſup.

Locus † ſigilli.

Fidem facio ego D. Ioannes Gregorius de Auantagia Sacerdos Garganicus, & Notarius Apoſtolicus aſcriptus in Archiuio Romanæ Curiæ retroſcriptā fidem fuiſſe ſubſcriptam proprijs manibus fidem facientium, & ſigillo Pulſanenſis Eccleſiæ munitam, In quorum teſtimonium me ſubſcripſi, & ſignaui.
Idem qui ſupra de Auantagia Notarius Apoſtolicus.

Locus † ſigni.

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore.

L'Abbate Generale della Congregatione di Monte Vergine eſpone à V. E. come hà da dar in luce la Vita di San Guglielmo Fondatore della ſua Congregatioue; la Vita di San Giouanni di Mathera Abbate Pulſanenſe ſuo compagno, di S. Amato Veſcouo di Nuſco, e di San Donato, Santi ſimilmente del ſuo Ordine; Supplica perciò V.E. à far gratia di delegare la reuiſione delle predette Vite de Santi, affinche ſi poſſano dare alla Stampa, & il tutto ſi riceuerà à gratia di V.E. vt Deus.

Reuerendus Canonicus Don Franciſcus Lombardus videat, & referat in ſcriptis Suæ Excellentiæ.

Sanfelicius Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam. Neap. die 16. Iunij 1642.

Stefanus de Giorno.

Digitized by Google

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine.

HVnc Librum: cuius titulus eſt, *Vita Sancti Guilielmi Vercellenſis Abbatis, Fundatoris Congregationis Montis Virginis Ordinis Diui Benedicti, ſcripta olim iuſſu Iacobi* Abbatis *Sancti Saluatoris de Guleto, à Ioanne de Nuſco dicta Congregationis Monaco, & dicti Sancti diſcipulo*, ex vetuſtiſſimo Codice exarato, qui in Sacro Cœnobio Montis Virginis de Monte aſſeruatur, Vna cum vita Sancti Ioannis à Mathera, Appuli, Abbatis Pulſanenſis, dicti Sancti Guilielmi ſocij, & Sancti Amati Epiſcopi Nuſcani eiuſdem Sancti diſcipuli, ac Sancti Donati de Ripa Candida prefatæ Congregationis Monachi; ſtudio Reuerendiſſimi Patris Dom. D. Ioannis Iacobi Iordani à Caſtello Baroniæ, Triuicanæ Diœceſis Abbatis Generalis dictæ Cōgregationis vidi, & quoniam in eo, quod bonis moribus, nec Regali iuriſdictioni aduerſetur, nihil reperi, ſed plurima, quæ Authoris ingenium, eruditionem, & ſapientiam maximè commendant; Ideoque opus digniſſimum cenſeo, quod Typis excudetur, & D. O. M. tuam Excellentiā perſonam, diù incolumè ſeruet. Neapoli die 29. Iunij 1642.

Omnis tuæ Illuſtriſſimę, & Excellentiſſimæ

Humillimus ſeruus

Franciſcus Lombardus V. I. D. Canonicus Neapolitanus.

Viſa retroſcripta relatione. IMPRIMATVR.

Tapia Reg. Brancia Reg. Zufia Reg. Sanfelicius Reg. Azcon Reg. Capycius Reg.

PVBLICETVR.

Arias Demeſa.

Al Molto Illuſtre, e Reuerendiſſimo Signor Vicario Generale.

L'Abbate Generale della Congregatione di Monte Vergine eſpone à V.S.Reuerendiſſima, come hà da dare in luce le Vite di San Guglielmo Fondatore di detta Congregatione, di San Gio.di Mathera Abbate Pulſanenſe ſuo compagno, di S.Amato Veſcouo di Nuſco, e di S. Donato Confeſſore, Santi ſimilmente di detta Congregatione; Supplica perciò V.S.Reuerendiſſima à reſtar ſeruita commettere la reuiſione di detta Opera, e Vite de' Santi à chi parerà à V.S. Reuerendiſſima, acciò ſi poſſa ſtampare, e l'hauerà à gratia, vt Deus.

Al Sig. Canonico Aleſſandro Ruſſo, veda, e riferiſca.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Adm. Ill. & Reuerendiſs. Domine.

Vidi præſentem Librum prætitulatum de Vita, & obitu Sanctiſſimi Patris Guilielmi Abbatis, & Fundatoris Sacri Monaſterij Montis Virginis, vnà cum Vita S.Io.de Mathera ſocij dicti S.Patris Guilielmi, ac Sancti Amati, & vita S.Donati Confeſſoris, & cum nihil contineant, quod ſacris Apoſtolicis Conſtitutionibus aduerſetur; cenſeo Typis committi poſſe. Neap. die 26. Ianuarij 1642.

Dominationis veſtræ perill. & Reuerendiſs.

Addictiſſimus ſeruus.

Alexander Ruſſus Can. Dep.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

PROLOGVS.

De Vita,& Obitu Sanctiſs. Patris GVILIELMI VERCELLENSIS ABBATIS Fundatoris Congregationis Montis Virginis.

NOſtræ paruitatis non toleranda ingenio,& quæ ſuæ magnitudinis ſunt ſtupenda intuitu, ſummorum etiam virorum eloquentiam, ac ſubtilitatis acumen facilè poſſent excedere. Dignata eſt mihi venerande Iacobe Pater, iniungere veſtræ Sanctitatis Religio, ad multorum, ſcilicet, ædificationem Beati Patris noſtri Guilielmi, cuius vicēm Dei gratia geris, vitam, vel obitum ſcriptis tranſmittere Poſte-

Digitized by Google

ris: Nec ad Summi Regis honorem, & gloriam inerti occultare ſilentio, quę pro ipſius vitæ meritis, tam in eius militiæ tempore, quàm poſt exacti laboris præmium diuina miſericordia fuerit operata. Quãto etenim, qui in Sãctis ſuis eſt mirabilis, pro eius amore maiora feciſſe, fideli fuerit narratione compertum (in noſtris quippe temporibus, in quibus ſecundum Dominicum dictum ſe ipſos amantium, multorum charitas iam refrixit) tanto amplius ad laudem Dei, brutorum etiam animalium linguæ promptiùs reſoluentur. Hoc itaque, ſi ego Ioannes excellenti fretus ingenio, ſi clara pollẽns ſciẽtia me poſſe implere conſiderem; & ſi abſque magno difficultatis timore idipſum minimè poſſem attingere, vltroneus tamen, & gaudens ad huius officij curam incúnctanter accederem: Nunc autem, quoniam, quæ ſit noſtri facultas ingenij, viſu rationis perluſtrans, ſuis eam viribus parum valere comperio; idcirco grauiſſimi ponderis ſarcinam noſtris imponere humeris vehementer formido. Vereor quippe non modicum, ne ſi quod arduiſſimum eſt, ac difficillimũ,

tra-

tractare incipiam,perfectioris Sapientiæ Viris, dum quod cœpero, conſumare non valeam,non immeritò ridiculus fiam;Et quod grauius eſt,tam Sancti Viri laudibus damnum inferat noſtræ ruſticitatis eloquium. Cæterum, non ſine diuino,uelut ipſe conijcio, nutu ueſtræ ſanctitatis in extorquendo iniuncti officij munus vrget inſtantia, quæ nihil humilitatis obedientiæ ſperat difficile, nihilque charitatis ardori non credit poſſibile.Quid igitur faciam?Cogit inſtantia:Dehortatur inſcientia; Inuitat auctoritas: Formidat debilitas: Velle adiacet: Poſſe ſubterfugit: Verum, quoniam id eius amore vos flagitando iubere cognoſco, qui ſuæ virtutis potentia naturæ legibus imperans, in ipſam etiam mirabiliter operatur, inconſideratè detrahentium morſus non metuens, veſtræ Sanctitatis confiſus orationibus, tanto oneri colla ſubijcio. Non enim me adeo latet leuitatis crimine à pleriſquè accuſari, mequè temerarium,& importunum inconſiderata voce reprehendi, qui ſi humanitatis aliquo modo fuerint, & rationis participes, mei animi nota ſententia aliquando re-

mordere deſiſtent; Nam cum in altero fuerat delinquendum, malui fateor temerarius, quàm parum humilis veſtris rogationibus apparere; nam, & ſi quæ hic temeritatis inſunt veſtigia; obedientiæ quidem meritis, veſtriſquè ſupplicationibus, ſpero in Domino poſſe facilè aboleri. Verùm, ne longior faciat ſermo faſtidium, ad propoſitum (Domino adiuante) noſtræ orationis ſtylum vertamus.

Explicit Prologus.

VITA

Digitized by Google

VITA SANCTISSIMI PATRIS GVILIELMI VERCELLENSIS ABBATIS

Fundatoris Congregationis Montis Virginis.

Ortus, Patria, Nobilitas, & educatio Sancti Guilielmi.

CAPVT PRIMVM.

GVILIELMVS itaquè Venerabilis Pater, nobili Progenie, morum eiuſdem nobilitate longè pręclarior, Vercellenſis genere fuit; Hic à puerilibus annis ſola cœleſtia mente volutans, quæque huius mundi vanitati obnoxia, non ſolùm quaſi ſterilia, & nullum afferentia fructum, procul à ſe animo, & manu remouit; verum etiam abhorrendo contempſit. Nam cùm ab infantia vtroque fuiſſet orbatus parente, à ſuis illico in curam ſuſceptus eſt; qui, & ſi propter futuræ probitatis inditia tenere di-

li.

ligeretur ab ipſis,nunquam tamen iocis,cæteriſquè puerilibus oblectamentis animum dedit,ſed maxima morum grauitate, puerilem tranſcendens ætatem, aſſiduè voluebat in animo, qualiter patria, ſuiſquè omnibus derelictis, ad Dei ſeruitium liberiùs conuolaret.

Compoſtellã Sanctus Guilielmus peregrinatur, limina Diui Iacobi Apoſtoli, aliorumq; Sanctorum viſitaturus; in itinere hoſpitatur à fabro, à quo duos circulos ferreos ad ſui corporis macerationem obtinet.

CAPVT II.

QVartum decimum igitur,hæc ſalutaria meditans,annum ingreſſus, habitum Sacræ Religionis aſſumpſit,ſatiſq;ſuo faciens deſiderio,relicta patria,vna contentus

Digitized by Google

tus chlamyde, nudis etiam pedibus, ad Beati Iacobi, aliorumq; Sanctorum ſacra viſendum limina impiger eſt iter aggreſſus. Ardebat vtique Beati Adoleſcentis animus eorum in terris ſacras viſitare reliquias, quibus ad perpetuę fœlicitatis gloria perfruēdum, in cœleſtibus Regnis ſocium diuina gratia ab æterno prædeſtinarat. Cùm ergo Sanctum ſequens propoſitum iter faceret, peregrinantium more circa noctis crepuſcula ad Ciuitatem quamdam hoſpitaturus diuertit; Erat in ea quidam faber ferrarius, homo quidem magnæ Religionis, ac Dominum timens, cui hoſpitalitatis gratia Deo accepta, iam diurni vſus in morem conuerterant, diebus ſingulis pauperibus dare hoſpitia, eoſquè poſt refectionem lotis à ſe pedibus, ad nocturnam quietē, ſtratis lectulis, inuitare; apud quem Dei famulus cum alijs hoſpitatus, ſicut à prima die ſuę peregrinationis ſtatuerat, ſolo pane, & aqua refectus, cætera eius humanitatis ſuſcipere nolens officia, quieto tempore ſecundum morem, nuda quieuit in humo; cuius, vt abſtinentiam, & habitum diligentiùs hoſpes aduertit, eum

verè

Digitized by Google

verè Dei famulum ratus, decreuit, ita ſequenti mane maturiùs ſolito de ſomno conſurgere,vt non prius à ſuo diſcederet hoſpitio, quàm communem cum ipſo poſſet ad libitum ſermonem conferre. Serò namque præterito, propter ſilentium, quód vt Monachus obſeruabat, nec verbum potuit ab eo elicere. Tempeſtiuiùs itaq; de ſtrato conſurgens, iam proficiſcenti, & exire paranti, feſtinus occurrit, ſupplici voce depoſcens, vt eum ſuæ Sanctitatis dignaretur affatibus. Tunc Dei famulus, prout erat ſereno vultu affabilis, morum facilitate cunctis amabilis, charitatis viſceribus circa Deum, & homines affluens, eius petitionibus facilè dedit aſſenſum. Hoſpes igitur ſui deſiderij compos effectus, talibus eſt exordijs eum lætabundus affatus. Quamuis peccaminum mole depreſſus, vitiorum tabe pollutus,nec ad Cœlum lumina erigere, nec Sanctorum cœtibus audeam ſociari, eis tamen in noſtro ſuſceptis hoſpitio,diuinæ miſericordiæ dono largifluo,pro noſtrę facultatis opibus iam dudum ſtudui miniſtrare, ipſiq. etiam quælibet ſibi appoſita cum gratiarum actione

ſu-

ſumentes, noſtræ paruitatis nunquam ſpre-
uere officia;in te autē frater rem inſolitam,
& nouam conſpicio,qui,& appoſitorum ti-
bi,quædam tangere abhorres, & mea, ſcilicet
quam peccatoris, & iniqui (quod fateor)
contemnis obſequia. Et ille: Abſit, abſit, vt
in fraternæ dilectionis obſequijs vnquam
fuerit aliqua mihi contemptio, vel quod à
Deo creata,& humanis vſibus deputata, ve-
lut ſordida abhorreſcam,ſed quoniam meo-
rum non ſum immemor delictorum, deli-
tioſioribus cibis, & potibus, ſicut plerique
peccatores abſtineo: Cæterum,quod veſtræ
humanitatis non ſuſcepi officia, nec arro-
gantiæ,quæſo, adſcribas, nec contemptioni
attribuas,ſed quod veſtræ Sanctitatis officij
me miſerum,& peccatorem indignum cō-
ſpicio,& quod ſuperbienti, & periturę par-
cere carni, nefarium eſſe exiſtimo. Eius
poſtquam Religionem verborum humili-
tate,quod alijs coniectarat indicijs, iam eui-
denter hoſpes agnouit,cupiens ſemper eius
comitatu Sanctiſſimo refoueri, talibus eius
animum à ſuo propoſito tentauit deflectere.
Notum mihi eſt,in meo prædiolo quandam

ædificare Eccleſiam, proprijſque rebus eam ditare, nunc autem (ſi tibi placet) noli frater recedere, mecum maneto, eamq; ædificatam veſtræ prouidentiæ committam arbitrio: Ad quem Sanctus, quamquam in administratione rerum Eccleſiaſticarum Domino famulari rem conſtet egregiam, tamen, quia à puero Sanctorum viſitare limina concupiui; cœpti mutare ſententiam (quæſo ignoſcas) non eſt conſilium. Poſtquam igitur hoſpes à ſuo propoſito non facilè poſſe mutari Sanctum cognouit; iterum, atque iterum blandis precibus exhortatus, ſupplici tandem voce depoſcit, quatenus de ſuis aliquid ſaltem dignaretur accipere. Tum denique tantæ dilectionis viſa inſtantia, Venerandus Vir metuens, nè ab eo nihil accipiens, ipſum penitus contriſtaret, talibus eſt affatus ſermonibus. Quoniam ad accipiendum aliquid de veſtrę benignitatis ſtudio me tantopere exhortaris, licet, quæ ad procurationem corporis attinent, eorum prorſus nihil indigeam; veſtræ tamen fiam libenter charitatis morigerus; Tu autem, quod petiero, ſicut hilari animo tribues, ita ro-

rogito, vt in ſilentio habeas, & quod dederis, ad nullius precor aures accedat; Duos ergo mihi circulos ferreos ad hunc modum facias, vt eorum, vnus uentrem, pectus alter circumdet, à quorum ſuperiori bracchia duo ferrea porrigantur, vnum à dextero latere; alterum à ſiniſtro, quæ per humeros ad alteram inferioris circuli partem peruenientia utrumque prædictis circulis fortiter clauis colligetur. Eius poſtquam petitionē hoſpes accepit, plurimùm ſecum admirans, quod homo, uidelicet, id ætate ſibi ipſi renunciante, tantam in Dei dilectione haberet conſtantiam, tantumquè temporalium omnium rerum contemptum; ſub omni celeritate ſtudioſiùs petita perfecit, eiquè perfecta conceſſit. Quæ, ubi accepit, illud Euāgelij memorans; Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuā, & ſequatur me, ea ſibi continuò cum maximo gaudio ad mortificationem carnis aptauit, & uale faciens, ab eo diſceſſit: His ergo ſumptis delicijs, & una (ut dixi) ueſte contentus nudis etiam pedibus ſeptemptrionalia frigora luſtrans, Sanctorum limina uiſi-

Digitized by Google

tauit. Quo in itinere quanta fuerit perpeſſus pericula, nõ eſt noſtræ facultatis exprimere.

Italiam reuerſus Beatus Guilielmus Ieroſolymã aditurus Melphim Ciuitatem in Apuliam proficiſcitur, vbi cẽteſimum nonum pſalmum tãtùm ediſcens, intelligentia omnium ſcripturarum cœlitùs repletur.

CAPVT III.

HIs itaque peractis, à ſancto deſiderio non deſiſtens, Venerandi Viri animus inceſſanter ardebat Ieroſoymã petere, quatenus loca ſanctiſſima, in quibus humani generis facta eſt reparatio, cernere mereretur. Verùm, quia, quod ardenti animo geritur, omnis eſt moræ impatiens, ſi libera perficiendi ſit præſto facultas; ad multorum ſalutem in Apuliã prædictæ rei gratia

tia Melphim perrexit, vbi aliquandiu in domo cuiuſdam Rogerij commoratus, litteralis ſcientiæ prius ignarus, centeſimum nonum, non ampliùs, ab homine didicit Pſalmum; quem edoctus (mira Dei prouidentia; mira clementia) tanta poſtea (Domino largiente,) Sacræ Scripturę fuit eius peritia, vt facile poſſet aduerti; Spiritum Domini, cui toto corde adhæſerat, loqui per os eius; (ſcriptum quippe eſt.) Qui adhæret Domino, vnius ſpiritus eſt: Quęnam enim erant ſcripturarum miſteria ſibi incognita? Quæ ſententiarum abſcondita profunditas? Omnia certè, qui condidit ſecundum ineffabilem ſuæ diſpoſitionis gratiam ſibi manifeſtiùs reuelarat.

In Montem Solicolum appellatum, Sanctus Guilielmus ſeceſſit, ibiquè cœcum mirabiliter illuminat.

CA-

CAPVT IV.

PRofectus inde ad Oppidũ quoddam, Montem Solicolum veniens, circitèr duos annos apud quemdam militem, Petrum nomine, manſit: Nemini autẽ credibile debet uideri, quod Sanctus Vir in Apuliam tanto deſiderio transfretaturus adueniens, tanquam ſui oblitus propoſiti, à ſãcti itineris deferbuiſſe amore; idem namq; feruebat in animo deſiderium, & in ea meditatione ignis ardebat amoris: ille autem, à quo greſſus hominis diriguntur, quemque ad multorum ſalutem deſtinauerat Deus, ab incepto reuocabat itinere, quatenus eius ſanctitatis exemplo ad amorem æternæ vitæ multi accenderentur. Erat eo tempore venerabilis Viri cibus, panis, & aqua, ad recreationem potius, quam ad ſaturitatem. Si quãdo verò delitioſiora fercula ſumere vellet; ea erant, ſine oleo, cum aceto legumina, quod etiam ad carnis attenuationem frequenter bibere conſueuerat. Per idem tempus homo quidam erat in præfato loco, qui lu-

lumen amiſerat oculorum; hunc, dum fortè ab agro redeuntem filia duceret, eminùs aſpiciens, tunc eidem è veſtigio nuntiare curauit, quod Guilielmum Confeſſorem in rupe fixis genibus orantem videret; Erat namque Sancto Viro in conſuetudine, dum maximus æſtus Solis incumberet, ad rupem quamdam exire, ibiquè verum Solem iuſtitiæ totis viribus implorare. Qui protinus (ſpe ſuæ ſalutis concepta) filiam orat, vt ad Venerabilem Dei Virum eum perduceret; Cùm ergo ad Guilielmum eſſet homo perductus, prouolutus ad genua eius, rei familiaris inopiam; curam alendæ ſobolis prætendens, miſerabiliter cœpit orare, vt ſui miſertus, lumen ſibi redderet oculorum; Quod vbi Vir Domini audiuit, id ſuę virtutis non eſſe commemorans, ſuo condolens infortunio, cœpit continuo admonere, quatenus in tribulationibus à Dei ſeruitio non ceſſaret: Potens eſt enim, qui percutit, & mederi, Dum hæc, & his ſimilia Sanctus Vir eum admonens, loqueretur, prędictus homo ſopori conceſſit; Qui tandem ſomno euigilans (benedictione à Sancto accepta)

con-

continuò lumen,quod amiſerat,clarius quã vnquam habuerat recepit. Hoc itaque audito miraculo,fama ſuę Sãctitatis cœpit clareſcere, eiusq; vitę continentia prædicari; Qùod vbi pręcipuus humilitatis custos audiuit,plurimùm contriſtatus, ſimulquè veritus, ne popularibus auris moueretur; vtcumque ſtatuit inde recedere, ſequè Ieroſolymam conferre: Nec mora,quod animo decreuerat, iter arripiens, opere cœpit implere

Cuiuſdam Ioannis magnæ ſanctitatis Viri fama motus Beatus Guilielmus Genuſium petit; inde diſcedens,in latrones incidit; reuerſuſq; apparet ei viſibiliter Dominus prædicens, ipſum alibi nouam fidelium Congregationem fundaturum.

Digitized by Google

CAPVT V.

ERat eo tempore magni meriti, magniquè nominis Vir quidam Deo deuotus, nomine Ioannes, Pater cuiuſdam Monaſterij, quod iuxta Genuſium ipſe conſtruxerat: De huius itaque Sancti Viri fama, cum prędictę rei gratia faciens iter audiſſet; opere pretium duxit ab incœpto itinere declinare, cauſa alloquendi cum prædicto Dei Viro; Vbi ergo inter mutuos ruẽtes amplexus conueniunt, uiciſſimquè datur copia fandi, ſermo inter eos alius nõ fuit, niſi de contemptu rerum mundanarum, & acquiſitione cœleſtium, ac qualitèr ſoli Deo ſit ſeruiendum: Altero die profectus, à prædicto viro licentiam petijt, inſinuans, quòd deuotionis cauſa Ieroſolymam tendere vellet, ſuumq; deſiderium amplius differre nõ poſſe; Et ille, noli frater fruſtra fatigari, noli quod adimplere non poteris, non profecturus, incipere, maior eſt quippe ad fidelium ſalutem tua mora vtilitas, quàm propoſiti fieri pro voluntate particeps. Cuius moni-

tis ardore, ſancti itineris nolens præſtare aſſenſum, mox iter arripuit: Qui cùm iuxta Oream deueniſſet, à latronibus detentus, crudis eſt affectus verberibus: Nondum enim patruelia Regna hęreditario iure capeſſens; Ille iniquorum omnium metus, æquitatis amator, malorum omnium exterminator, optimus tranquillitatis, & pacis patronus, Rogerius, videlicet, Rex magnificẽtiſſimus fœliciter triumphãs à rapacibus, & latronum faucibus, Apuliam liberarat; In hoc tamen certis cognouit indicijs, (ſecundum Dei Famuli dictum) quod corde gerebat, opere complere non poſſe. Neceſſitate autem compellente ad prędictum Patrem ſub omni eſt celeritate regreſſus, à quo, dum per ſingulos dies fraterna dilectione, ut ſecum cohabitaret, plurimum rogaretur, eì Dominus in viſu apparuit, prædicens quòd, & ipſe per ſe Congregationem fidelium eſſet facturus, adeòq; oportere inde ipſum recedere, alibi Domino ſeruiturum. Euolutis ergo diebus quindecim prædicti Viri volũtati renunciauit, proſequens diligenter, quæ fuerant ſibi à Deo iniuncta.

Di-

Diuerſa loca, vbi Deo ſeruire debeat, explorat, Beatus Guilielmus; Proficiſcitur Tripaldum, inde Salernum, ibi galea, hic lorica ferrea induitur; Peruenit tandem in Montem Virgilianum, à cuſtodibus comprehenditur, iterumq; reuerſus, ibidem remanet.

CAPVT VI.

INde itaque profectus, accepta licentia, per montana iter facere cœpit, loca ſingula diligentiùs explorãdo ſolitariæ vitæ conuenientia; Quæ vbi minus pro ſententia animi comperit; peruenit Tripaldum, quod non multum diſtat à Virgiliano Monte; In hoc Vico in domo cuiuſdã Matronæ aliquantulum cõmoratus, ab eius

incolis diligentèr inquirens, cognouit præmiſſum Montem idoneum,& opportunum eſſe ad ſolitariam vitam ducendam. Interea, quoniam circuli, quos ad carnis macerationem induerat, frequentius rumpebantur, eoſquè ferrariis oſtendere, & ſimiles fieri, ab ipſis quærere oportebat, plauſum hominum metuens, Vir prudentioris conſilij Salernum proficiſcitur, ſperans ibi aliquem inuenire, à quo ferream loricam, nunquam depoſiturus, acciperet; Nec eum fefellit opinio; Nam poſtquam Salernum fuit ingreſſus, quidam miles occurrens, (eius cognita voluntate) quotquot habuit loricas oſtēdit, eiuſquè ſubiecit arbitrio, vt quam vellet, meliorem acciperet; Maiorem quidem pōderis veſtem indutus, compos voti effectus, gratulabundus ad prædictum remeat Vicū: In quo etiam, vt, & galeatus poſſet ad bellū procedere, ad modum ſui capitis ferreum tegumen fieri iuſſit, (quod vulgò Cophia dicitur) quam poſtquam Domini miles in capite ſumpſit, eam vlteriùs non remouit, ſicquè eam latentèr portauit; vt vitæ ſuæ tēpore nemini vnquam foret compertum.

Inde

Inde cùm præfata Matrona cœpit habere conſilium, quomodo in prædicto Monte illo poſſet aquam inuenire; Et illa, Domine eſt in iugo eiuſdem Montis (pro vt fama refert prænuncia veri) quidam Eremita; Is, ſi qua eſt aqua in hoc Monte certiſſimè docebit. Aſſumpto itaque quodam Socio (Petro nomine) Montem aſcendit; Eremitam inuenit (qui Patris cognita voluntate) dixit ad eum, aquam poſſe inuenire, ſi in ſupercilio Montis quæreret; Mox ab ipſo digreſſus, cū ſocio diligentiùs cuncta perſcrutans, tandē inſpicit lutum ſine aqua non modicum ab vrſinis conculcatum veſtigijs, quo accedentes, manibus pro raſtro vtentes, lutum effodiunt, tandem ab eodem loco, à quo lutum proijciebant, aquam aliquantā vident emergere: Interim aduesperescente die, aliquantulum progredientes nocturnę quieti idoneum locum inueniunt. Hic non parū pro penuria aquæ ſollicitus, quoniam prædicta aqua parum, vel nulla videbatur ei, quærere diſpoſuit ſicubi affluentiorem aquā Deus in eo Monte ei oſtenderet: Vbi ergo ſequēs dies effulſit, nequaquam ſolito parcens labori,

bori, nocturni inſtituta propoſiti auidè exequitur. Interim venatores occurrũt, qui de aqua conſulti, humanitatis ſtudio ad vberiorem fontem illum deducunt (quibus adeũtibus) prædictus Dei famulus cum comite in aſpectu illius fontis perſiſtens, à custodibus cuiuſdam Caſtelli, Mercuriani nomine, viſus eſt, qui arbitrantes eos latrones eſſe, confeſtim proruunt, capiunt, & contumelioſè deponunt, eumquè vſque ad Baiulum ipſius Caſtelli deducunt; qui, vbi eius ſacris auditis ſermonibus, cuius eſſet ſanctitatis, cognouit, eum illico in pace dimiſit. Cùm igitur ad iam ſępè dictum Vicum, Tripaldũ, videlicet, fuiſſet reuerſus, nullius moræ patiens, aſſumptis quibuſdam conſanguineis, & vicinis illius mulieris, apud quam hoſpitabatur, ad locum, in quo priùs aquam inuenit, aſcendit, vbi quadam domuncula ab eiſdem ſibi ædificata, ſolus ibi cũ Domino Venerabilis Dei famulus Guilielmus remanſit.

Vr-

Vrſum fontem turbãtem ita mirabiliter fugat Beatus Guilielmus, vt numquam ampliùs ſit ad illum reuerſus.

CAPVT VII.

DIe quadam cùm gratia hauriẽdi aquã Cella exiret, in prædicto fonte parũ aquæ inuenit; Vrſus enim veniens fontem conculcauerat, & luto oppleuerat; Quid multa? Fontem reſtituit, domumquè regreſſus eſt. Vrſus autem nihilominùs ſingulis diebus adueniens, aquam ſorbebat, fontem conculcabat. Quod cùm diù perpetitur, die quadam iterum ad hauriendam aquam egreſſus, beluam bibentem inuenit, eamq; his verbis alloquitur: Quid eſt quod agis? alieno (ut uideo) labori iniurioſè incũbis; aquam, quam proprijs manibus ego effodio perturbas, & abſorbes? Vade hinc, & caue ulterius, nè accedas: Ad cuius imperium mox depreſſo in terram capite Vrſus ni-

nihil feritatis prorſus oſtendens, protinùs receſſit, & ad fontem amplius nõ eſt reuerſus.

De victu Sancti Guilielmi in Mõte Virgiliano: De primo Socio Alberto nomine, ſecum aſſumpto: Deq; eius admirabili modo orandi ab eodem Socio ſæpè teſtato.

CAPVT VIII.

VIctus eius erat (eo quidem tempore) tantùm fabæ, & caſtaneæ, quas proprijs colligebat manibus, & hordeaceus panis, idemquè ſubcineritius. Interim emenſo anni ſpatio, quidam Monachus, Albertus nomine, eius Sanctitatis fama comperta, ad illum ueniens ſuppliciter orat, ut ſecum habitare permitteret, cuius poſtquã conſtantiam cognouit, eius uoluntati non contradicens, in ſuo ſacro comitatu ſuſcepit. Hic inter multa, quæ de eo fideliter narrare

rare cōſueuerat,quoddam difficilè, & multis ferè incredibile commemorabat. Teſtabatur namq;quod in nocturnis horis quam primum Vir Dei ſcire poterat ſe obdormiſſe,illicò à ſtrato (nudum ſaxum hoc poterit nomine appellari) conſurgens,ante crucem,quàm in Cellula ſibi confixerat, vno pedo innixus, ſacris orationibus vſque mane vacabat. Hæc autem Cellula, in qua ſacras actitabat orationes, non multum diſtat à fonte, quem ſibi manibus effoſſerat, & vtrumque vſque ad hæc noſtra tempora perſeuerat, retinetquè nomen à Beato Viro;fons enim, & domus pœnitentiæ Sancti Guilielmi dicitur.

Inter quàm plurimos, concurrũt in Montem Virgilianum ad Beatum Guilielmum quidã Presbyteri, quibus Sanctus Pater habitũ Religionis, & normã viuendi tradit, eiſq; de veſtimentis Sacerdo-

D ta-

talibus, & libris prouiſurus vſque Barium Ciuitatem proficiſcitur.

CAPVT IX.

DVorum verò annorum (peracto circulo) iam per vniuerſas illius Regionis partes eius nomen innotuit, eiuſquè celebri fama, vbiquè clareſcēte, viri, & mulieres ſumma cordis alacritate ad eum concurrebant; inter quos de Sacerdotibus conuenientes, dum eius ſacris diſciplinis inſtitui cupiunt, ſub eius magiſterio ſe ad Dei ſeruitium mancipauerunt: Quibus inquirētibus, quam Religionis normam eos obſeruare præciperet; Meum, ait, eſt cōſilium, Fratres, vt proprijs manibus laborantes, victum, & veſtitum nobis, & quod pauperibus erogemus, acquiramus, & in ſtatutis horis conuenientes, diuina celebremus officia. Cuius ſalutare conſilium breui tempore Presbyteri tenuerunt; nam antiqui hoſtis perculſi malitia, inter ſe priùs clanculò conquerentes, publica tandem voce clamare cœperunt, ſe

Sa-

Sacerdotes eſſe, diuiniſq; deputatos officijs; ideòq; nõ oportere eos laborare, nec in cultu telluris, vt ruſticos exerceri, ſed potiùs par eſſe Eccleſiam in illo Monte ædificari, libros, & Sacerdotalia veſtimenta emi, & ita eos diuinis tantùm vacare officijs: Quorum voluntati metuens refragari, nè ipſorum ſeditionibus (ſolita mentis trãquillitate omiſſa) à contemplationis lumine mentis aciem declinarent, eorum ſatisfacturus deſiderio, uno contentus Comite, aſellum aſcendens, Barium perrexit; Vbi inter amicos, & notos omnia pro uoto Sacerdotum inueniẽs, dum peracto negotio Grauinum regreditur, ibi eius ſocius cœpit infirmari; ſeptem ergo diebus exactis; poſtquàm cognouit eum nõ facilè ab infirmitate poſſe conualeſcere, cœpit eum rogare, ut ipſe aſellum aſcendens, ad proprium locum ſecum regrederetur; ille uerò cognito, quod moleſtum ſatis erat Dei uiro pedibus incedere, tum quia orationibus, ieiunijs, & uigilijs debilis erat, tũ quia ferrea lorica indutus, precabatur, ut ſe potius dimiſſo, ipſe ad fratres reuerteretur. Quid opus eſt uerbis? Eius auctoritatis de-

talibus, & libris prouiſurus vſque Barium Ciuitatem proficiſcitur.

CAPVT IX.

DVorum verò annorum (peracto circulo) iam per vniuerſas illius Regionis partes eius nomen innotuit, eiuſquè celebri fama, vbiquè clareſcēte, viri, & mulieres ſumma cordis alacritate ad eum concurrebant; inter quos de Sacerdotibus conuenientes, dum eius ſacris diſciplinis inſtitui cupiunt, ſub eius magiſterio ſe ad Dei ſeruitium mancipauerunt: Quibus inquirētibus, quam Religionis normam eos obſeruare præciperet; Meum, ait, eſt cōſilium, Fratres, vt proprijs manibus laborantes, victum, & veſtitum nobis, & quod pauperibus erogemus, acquiramus, & in ſtatutis horis conuenientes, diuina celebremus officia. Cuius ſalutare conſilium breui tempore Presbyteri tenuerunt; nam antiqui hoſtis perculſi malitia, inter ſe priùs clanculò conquerentes, publica tandem voce clamare cœperunt, ſe

Sa-

Sacerdotes eſſe, diuiniſq; deputatos officijs; ideòq; nō oportere eos laborare, nec in cultu telluris, vt ruſticos exerceri, ſed potiùs par eſſe Eccleſiam in illo Monte ædificari, libros, & Sacerdotalia veſtimenta emi, & ita eos diuinis tantùm vacare officijs: Quorum voluntati metuens refragari, nè ipſorum ſeditionibus (ſolita mentis trāquillitate omiſſa) à contemplationis lumine mentis aciem declinarent, eorum ſatisfacturus deſiderio, uno contentus Comite, aſellum aſcendens, Barium perrexit; Vbi inter amicos, & notos omnia pro uoto Sacerdotum inueniēs, dum peracto negotio Grauinum regreditur, ibi eius ſocius cœpit infirmari; ſeptem ergo diebus exactis; poſtquàm cognouit eum nō facilè ab infirmitate poſſe conualeſcere, cœpit eum rogare, ut ipſe aſellum aſcendens, ad proprium locum ſecum regrederetur; ille uerò cognito, quod moleſtum ſatis erat Dei uiro pedibus incedere, tum quia orationibus, ieiunijs, & uigilijs debilis erat, tū quia ferrea lorica indutus, precabatur, ut ſe potius dimiſſo, ipſe ad fratres reuerteretur. Quid opus eſt uerbis? Eius auctoritatis de-

uictus imperio,aſellum aſcendit,eumq; Venerabilis Pater nudis pedibus ſequens(mira patientia,mira humilitas) vſque ad deſtinatum locum ei miniſtrare non deſtitit.

Propoſita Beato Guilielmo Eccleſia ædificanda in Monte Virgiliano,illuc,eius completa oratione,ſubitò tanta hominum multitudo cōuenit, vt vno ſolo die magna fit calcaria, & altero lapides in perfectam calcem ſoluuntur.

CAPVT X.

Libris igitur, & Sacerdotalibus veſtimentis acceptis, cœperunt illico Sacerdotes rogare, quatenus ſibi Eccleſiam in Monte conſtrueret;quo audito, iam non inconſultè,vt antea, de prædictis rebus deſiderio fratrum ſe ſatisfacturum ſpopondit,ſed priùs ad ſecretum quemdam locum di-

digreſſus, flexis genibus fontem totius pietatis humiliter cœpit orare, vt ſi Eccleſiam in illo loco ſibi ædificari placeret, tantam frequentiam populi illuc mittere dignaretur, quatenus eodem die calcariam cōſtruere cœpiſſet; Vix oratione completa, tanta multitudo populi ſuperuenit, vt ad eius imperium, & calcariam laborare cœpiſſent; & ligna incidere, tantaquè deſeruiuit inſtātia, vt altero die, igne ſuppoſito, lapides ſoluerētur in cęmentum. Nec mora, auxilio adiacētium Ciuitatum Eccleſia ædificatur paucis diebus, nec non, & cellulæ ad vtilitatem Fratrum.

Sanctus Guilielmus ſolo nomine Ieſu Chriſti inuocato ſanat hominem habentem aridum brachiū, qui in gratiarum actionem habitum Religionis ſuſcipit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT

MIracula, quæ in ſequen[illegible]
ſumus, quodam Sacerd[illegible]
cho reuerendiſſimo val[illegible]
ne de Nuſco cognomine, noſtro[illegible]
Sancti Patris diſcipulo referēte, a[illegible]
Aiebat enim, quod, poſt quam [illegible]
Domini Guilielmo cœlitus iuſsū [illegible]
giliano Monte ad honorem Sanc[illegible]
nis Mariæ Eccleſiam conſtruere [illegible]
congregatis in vnum lapidibus, re[illegible]
cœmento petris, omni apparatu c[illegible]
conductis fabricatoribus ad conſtru[illegible]
Eccleſiã, Vir Dei toto conamine ſol[illegible]
& deuotus inſiſtit. Quadam denique [illegible]
cùm eidem operi ſolertèr intenderet, [illegible]
quidam ligur, Gualterius nomine, adu[illegible]
aridum habens brachium, ad eundem [illegible]
aduenit; qui, vt vid[illegible] [illegible]rum Dei, & fabr[illegible]
tores eiuſdem Ec[illegible] fabricę intrētos, hi[illegible]
& inde cœpit q[illegible] [illegible]xplorator reſpicere[illegible]
quem Domin[illegible] [illegible]or cernens circum[illegible]
euntem, & in[illegible] [illegible], ait ad eum; Vt quid[illegible]
no-

noſtræ fabricæ frater explorator exiſtis? Si talis operis artifex es,incipe, & operari noli negligere; Et ille,O mi Pater, vtinã meum poſſe non deficeret;Si enim poſſem,non libẽtiùs mihi miſerrimo veſtra ſanctitas præciperet, quàm ego veſtris obſecundarẽ imperijs: Ego namque in Liguriæ partibus architectonica arte non ignarus, imò peritiſſimus extiti,& inſtructus; nunc autem peccatis meis exigentibus, nec ad hoc, nec ad aliud opus peragẽdum ſum efficax, vel idoneus; nam cùm ad quandam turrim ædificãdam in noſtris partibus laborarem (infortunio imminẽte) à ſuperioribus miſerabiliter cœcidi,ſicquè factum eſt, vt ex eadem ruina,quam perpeſſus ſum, totum brachiũ inremediabiliter perderem,& ab eadẽ hora illud fere aridum, & inutile teneo: (Et hæc dicens) cum mærore incolumi manu ægrũ eliciens brachium, lachrymabiliter Viro Dei oſtendit; Quod intuens Confeſſor Domini Guilielmus,miſericordia motus ſupereum,infremuit ſpiritu cordis,interna agitãs, ac confidens in Domino oſtendit ei quemdam lapidem, & dixit; In nomine Domini

no-

uictus imperio,aſellum aſcendit,eumq; Venerabilis Pater nudis pedibus ſequens(mira patientia,mira humilitas) vſque ad deſtinatum locum ei miniſtrare non deſtitit.

Propoſita Beato Guilielmo Eccleſia ædificanda in Monte Virgiliano,illuc,eius completa oratione,ſubitò tanta hominum multitudo cõuenit, vt vno ſolo die magna ſit calcaria, & altero lapides in perfectam calcem ſoluuntur.

CAPVT X.

Libris igitur, & Sacerdotalibus veſtimentis acceptis, cœperunt illico Sacerdotes rogare, quatenus ſibi Eccleſiam in Monte conſtrueret;quo audito, iam non inconſultè,vt antea, de prædictis rebus deſiderio fratrum ſe ſatisfacturum ſpopondit,ſed priùs ad ſecretum quemdam locum di-

digreſſus, flexis genibus fontem totius pietatis humilitèr cœpit orare, vt ſi Eccleſiam in illo loco ſibi ædificari placeret, tantam frequentiam populi illuc mittere dignaretur, quatenus eodem die calcariam cõſtruere cœpiſſet; Vix oratione completa, tanta multitudo populi ſuperuenit, vt ad eius imperium, & calcariam laborare cœpiſſent; & ligna incidere, tantaquè deſeruiuit inſtãtia, vt altero die, igne ſuppoſito, lapides ſoluerẽtur in cęmentum. Nec mora, auxilio adiacẽtium Ciuitatum Eccleſia ædificatur paucis diebus, nec non, & cellulæ ad vtilitatem Fratrum.

Sanctus Guilielmus ſolo nomine Ieſu Chriſti inuocato ſanat hominem habentem aridum brachiũ, qui in gratiarum actionem habitum Religionis ſuſcipit.

CA-

CAPVT XI.

MIracula, quæ in ſequentibus relaturi ſumus, quodam Sacerdote, & Monacho reuerendiſſimo valde Viro Ioãne de Nuſco cognomine, noſtro conciue, & Sancti Patris diſcipulo referẽte, agnouimus. Aiebat enim, quod, poſt quam Confeſſori Domini Guilielmo cœlitus iuſsũ eſt, in Virgiliano Monte ad honorem Sanctæ Virginis Mariæ Eccleſiam conſtruere deberet, congregatis in vnum lapidibus, reſolutis in cœmento petris, omni apparatu collecto, conductis fabricatoribus ad conſtruendam Eccleſiã, Vir Dei toto conamine ſollicitus, & deuotus inſiſtit. Quadam denique die, cùm eidem operi ſolertèr intenderet, ecce quidam ligur, Gualterius nomine, aduena aridum habens brachium, ad eundem locũ aduenit; qui, vt vidit Virum Dei, & fabricatores eiuſdem Eccleſiæ fabricæ intẽtos, hinc, & inde cœpit quaſi explorator reſpicere, quem Domini Confeſſor cernens circumeuntem, & inſpicientem, ait ad eum; Vt quid

no-

noſtræ fabricæ frater explorator exiſtis? Si talis operis artifex es, incipe, & operari noli negligere; Et ille, O mi Pater, vtinā meum poſſe non deficeret; Si enim poſſem, non libētiùs mihi miſerrimo veſtra ſanctitas præciperet, quàm ego veſtris obſecundarē imperijs: Ego namque in Liguriæ partibus architectonica arte non ignarus, imò peritiſſimus extiti, & inſtructus; nunc autem peccatis meis exigentibus, nec ad hoc, nec ad aliud opus peragēdum ſum efficax, vel idoneus; nam cùm ad quandam turrim ædificādam in noſtris partibus laborarem (infortunio imminēte) à ſuperioribus miſerabiliter cœcidi, ſicquè factum eſt, vt ex eadem ruina, quam perpeſſus ſum, totum brachiū inremediabiliter perderem, & ab eadē hora illud fere aridum, & inutile teneo: (Et hæc dicens) cum mærore incolumi manu ægrū eliciens brachium, lachrymabiliter Viro Dei oſtendit; Quod intuens Confeſſor Domini Guilielmus, miſericordia motus ſuper eum, infremuit ſpiritu cordis, interna agitās, ac confidens in Domino oſtendit ei quemdam lapidem, & dixit; In nomine Domini

no-

noſtri Ieſu Chriſti ſume lapidem illum, & ædificio compone;Qui protinùs ad lapidem accedens,recuperata, quàm nunquam meliùs habuerat,ſoſpitate, vtraque manu ſubſtulit illum; & gaudens, & exultans celeri curſu ædificio compoſuit; ſed non immemor,nec ingratus tāti beneficij, prouolutus ad pedes Sancti Viri vbertim præ gaudio lachrymas fundens (pro ſuę ſalutis reſtitutione) Omnipotenti Deo, & Beato Viro gratias egit,& paucis interiectis diebus, Sacræ Religionis habitum deuotè, & humilitèr ſuſcepit,& eius diſcipulus effectus, feruenti charitate iugitèr eius obtemperabat imperijs;Qui poſtea multis viuens tēporibus plurima ſuæ artis peritia conſtruxit opera;nam in Sācti Cæſarij Eccleſia domum, & in Cuneato Eccleſiam, & alia multa in Monaſterio condidit ædificia, & ſic demum conſumato vitę termino obdormiuit in Domino,

Lupus

Lupus iuſſu Sancti Patris Guilielmi longo tempore maxima omniũ admiratione facit opera Aſelli ab eo dilaniati.

CAPVT XII.

INter miracula quoquè, quæ per Venerabilem Virum Guilielmum omnipotens Deus operari dignatus eſt, hoc memorabile priſcorum ſolertia noſtras deuenit ad aures: Hic nempè Sanctiſſimus Pater, dum præmemoratum Templũ erigeretur, Aſino ad deferendum lapides, ligna, & alia operi neceſſaria vtebatur, qui cum per Montem dimiſſus, paſcens erraret, à Lupo inuaditur, feriniſquè dentibus mox dilaniatus, eiuſdem cibus effectus eſt, quod, vbi Confeſſor Domini Guilielmus comperit; in nomine Beatæ Virginis Mariæ, in cuius honore Eccleſia ædificabatur, Lupo imperat, exhibenda per Aſinum opera, & labores, mox ipsũ ſubire (Mira Dei potentia, & Beati

Viri merita fidei) ad eius vocem, abiecta feritate, flexo capite, humana quaſi mente, Sãcti Patris vorax Lupus ſuſcepit imperia, & vices Aſini, donec vniuerſum perficeretur opus, clitellatus ſubiuit: Nulli verò mirum videatur, Lupum Aſini vices potuiſſe ſubire; nam, & ſi id natura negarit, omnipotens tamen Deus vires ſubminiſtrauit, vt incœptum opus, quam citiùs perficeretur, & quam carus ipſi Deo Sanctus Pater Guilielmus extiterit, Plebs vniuerſa ſentiret.

Ipſo die Pentecoſtes ſolemni Ritu dedicatur Eccleſia Sanctiſſimę Virgini Mariæ: Et muta Mulier ad primã Sancti Guilielmi interrogationem miraculosè loquitur.

CAPVT XIII.

IGitur ædificata Eccleſia, & ad Dei ſeruitium non parua multitudine ibi coadunata, placuit Beato Viro ex cõmuni

muni conſilio, vt ad honorem Dei Genitricis, ſemperquè Virginis Mariæ dedicaretur: Profectus itaque ad Abellinenſem Epiſcopum, quænam eſſet de ipſa Eccleſia, ſua, fratrumquè petitio, humiliter oſtendit; Ille verò (eius audito deſiderio) cum magna cordis iucunditate ſpopōdit, pro eius velle, ſuis ſatisfacturum petitionibus; Conſtituto ergo die Sancto Pẽtecoſtes, Eccleſia ſolemni Ritu Beatæ Virgini Marię dedicata eſt; Ad huius ergo Sacri Templi dedicationem maxima populi multitudo conuenit, in qua Mulier quædam adfuit, quæ per ſeptem annos (loquutione amiſſa) muta ſilebat, ſed Sanctitate Venerabilis Viri audita, anxia de ſui corporis ſalute, nutu, quo poterat, cum conſanguineis, vbi, vel qui nam eſſet Dei famulus, inquiſiuit; Quid multa? ad eum deducta, & ad eius genua procumbens, à Dei famulo quid quæreret interrogata eſt, & illa ſubitò (mira Dei omnipotentia) ad eius interrogationem ſine aliquo impedimento libera voce reſpondit; quod vbi miraculũ multitudinis auribus inſonuit, omnes vno ore Deum laudantes, eum Sãctum publicè præ-

E 2 di-

dicare cœperũt. Mulier etiam ſalute accepta, gratitudinis non rea, per omnes fines regionis illius, quanta pro amore Sancti Viri Guilielmi ſibi Dominus impenderat, inceſſantèr prædicabat,

Miraculum de marmore, quod à pluribus bobus moueri nõ potuit, & ſolo tactu Sãcti Guilielmi cum ſuo baculo, à duobus tantùm facilè trahitur.

CAPVT XIV.

INterea ſanctitate Venerabilis Viri diuulgata, illarum partium Proceres sũma deuotione ſubſidia quæque poterant ad ſubſtentationem Fratrum, gratanti animo illi offerebant; Inter quos quidam, Adam nomine, auctoritate Frequẽtini Epiſcopi quãdam Eccleſiam ad honorem Sancti Cæſarij Martyris dedicatam obtulit; Ad quam, dum frequẽtèr viſendam homo Dei per-

pergeret, vidit fortuitò marmor ſarcophagum,cuius antiquitùs ibi relicti, maiorem partem terra cooperuerat;huius itaque vtilitate ad prædictam perpenſa Eccleſiã, præcepit adſtantibus Fratribus diſcooperiri, & ad Eccleſiam ſine mora deferri. Eo itaq; recedente ad Eccleſiam, illi auidè cupientes ſuo Patri obtemperare,quinque paria bouũ ad illud trahendum inſimul adiunxerunt. Quos poſt quam ſtimulis,& crudis verberibus inſtantes, nec poſſe moueri reſpiciunt, rem illicò ad Patrem referunt; quo audito ſubridens,pro vt eius moris erat ſemper in vultu (vt diximus) hilaritatem habere, eorumquè increpans inertiam,ad locum, vbi marmor illud iacebat, per ſe ipſum peruenit. Tunc quatuor bouum paribus amotis, duos boues, qui remanſerant,baculo, quod manu gerebat percutiens, eos imperat ire; Ad cuius vocem tanta facilitate, motus eſt lapis, tanquam ſi non marmoreum ſaxum, ſed aridum lignum fuiſſet, ipſequè bouum ſequens veſtigia vſque ad Ianuam Eccleſiæ, quæ octo ferè ſtadijs diſtabat,detulit, quod vſque ad hodiernum diem adhuc in ipſius

cer.

cernitur fronte Eccleſiæ, à qua paucos poſt dies, ad Monaſteriũ iam in Virgiliano Monte cõſtructum, Venerabilis Pater ſe recepit.

Conquęrentibus publicè quibuſdã ex Sacerdotibus de eleemoſynis, quæ pauperibus largè in Monaſterio impertiebantur, Sanctus Guilielmus, aſſumptis quinq; Idiotis ex illis, alijsq; relictis, diſcedit.

CAPVT XV.

HAbitabat Venerabilis Vir Dei Guilielmus cũ ante latis Presbyteris, & nonnullis Fratribus in Monte Virgiliano, qui ob nimiã frigiditatis intemperantiam, niſi in tribus æſtiuis menſibus difficilis eſt, & ad aſcendendum valde laborioſus: Tempore ergo quo poterat, maxima populi multitudo ad eum confluens, aurum, argentum, & quę habere poterant, pedibus Sancti Viri offerebant, quæ benignè ſuſcipiens, tãquam bo-

bonus diſpenſator, quæ neceſſaria nouerat, Fratribus retinebat, cætera pauperibus erogabat; Hæc prædicti Presbyteri, per habitus ſuſceptionem Monachi effecti, intuentes, auaritiæ telo iam dudum percuſſi, & de miſericordia Dei diffiſi, cœperunt priùs blandis uocibus Venerabili Patri rogando perſuadere, quatenùs futura præuidens, quę offerebantur, non tam largiùs expenderet, ſed potiùs arcam inueniret, in qua ad opus ipſius Eccleſiæ pecunia reconderetur: Poſſe etenim fieri teſtabantur, quod ab hac libe-ralitate populus ceſſaret, ipſiquè rerum neceſſariarum tentarentur inopia: Quod, poſtquam ſecus arbitrati ſunt, rem vident procedere, neque eorum precibus dari aſſensũ; Teſtabatur enim Venerabilis Pater, Eccleſiam pecunia potiùs deſtrui, quàm ædificari, ipſoſquè nihil terreni in hoc ſeculo debere poſſidere; Tandem inſanis vocibus in clamores prorumpunt, dicẽtes, eum contra ius facere, cum bona Eccleſiæ, quæ communia sũt, quę etiam potiùs pro ſuis officijs, & orationibus, quã pro eius meritis offerebantur, eis inuitis, pauperibus erogaret. Ille verò ad eo-

eorum clamores humilitèr,ac blandē reſpōdens, talibus eſt eos exhortatus alloquijs: Quid eſt fratres mei, quod clamādo perſtrepitis? Quid eſt,quod inconſiderata voce tumultuamini? Dixi vobis,idem replicare nō piget. Regem ſeculorum, dum in hæreditatem elegiſtis,ipſum ſolum diligite, ipſum ſolum poſſidete;finite quæſo ſecularia ſecularium eſſe, vos verò ſpiritualia ſecularibus præferte. Verum ſi (quod abſit)idem vobis fixum in animo, eaquè incommutabilis ſedet ſententia pecunię,vos mecum id agere haud poſſe ſciatis: Subſtituto ergo Præpoſito, Alberto nomine, Regulari Norma tradita, quoniam inter eos ſe vlteriùs proficere non poſſe videbat, metuens, ne ad maiora animorum detrimenta ſuis factis inciderent, quinque de idiotis Fratribus aſſūptis,inde ſeceſſit, maiorem locorum aſperitatem inquirens.

A Virgiliano ad Montem Lacenum progreditur Sāctus Guilielmus,eiq; aſſociatur Beatus Ioannes

nes à Mathera, & ambobus magna familiaritate apparens Chriſtus in ea forma, qua paſſus eſt, præcipit, vt ab eo loco diſcedant.

CAPVT XVI.

PEragratis itaq; quibuſdam locis; tandem Vir Dei Guilielmus cum pertactis quinque idiotis Fratribus ad Mõtem Lacenum peruenit. Montem hunc ſilua denſiſſima ab ipſius radice vſque ad ſummitatis faſtigia circumcingit, in qua aliquãtulum depreſſus, planitiem quandam nudã arboribus ferè duodecim ſtadiorum facit. Per cuius medium fluuius decurrens, Montem perforat, & vſque ad radicem Montis impetuosè decurrit. Ad eum poſt quam locum acceſſit, ſibi, ſocijſquè ſingula fecit tuguria, qui tamen nimiam frigoris aſperitatẽ perpeti nequeuntes, non multò poſt ab eo receſſerunt; Hic, dum ab humano deſtitutus ſolatio, contemplationi deſeruiens, & herbarum contentus radicibus ſine intermiſſione

oraret; Vir quidam magnæ auctoritatis (Ioannes nomine) omnipotentis Dei famulus, de quo facta eſt mentio, et poſtea in eo loco, qui Pulſanus dicitur, Monaſterium conſtruxit, ad eum viſendum acceſſit; Qui viſa, cognitaquè eius Religionis conſtantia, fraterna dilectione conſtrictus, apud illum ſollicitus, & deuotus viuere, & habitare incœpit; Et donec diuinitùs ſunt commoniti, vt ab eo loco diſcederent; & alibi Domino miniſtrarent, inter eos non niſi de Mundi cõtemptu, de carnis mortificatione, de orationis inſtantia, de ſpe futuræ beatitudinis, ſermocinatio & actio Sãcta fuit; Charitatis itaque amore igniti, diuinæ contemplationis otio vacantes, ad ſupernæ vocationis brauiũ flagranti deſiderio inhiabant. Huius quoque ante aduentum Venerabilis Pater Guilielmus ſtatuerat, vt quietis tempore in orationibus pernoctaret, & diurnis horis ad cruciatum corporis vſque ad fatigationem, per ſentoſa, & aſpera nemoris loca incederet; Quod deuotiùs etiam ambo poſtea ſeruauerunt: Cùm autem die quadam ſolito more perambulans, ante mentis oculos Domi-

minum Ieſum haberet; cuius indeſinentèr amore flagrabat,ſubitò,ecce quem ſpiritualiter intuebatur, corporalitèr in ea forma, qua paſſus eſt,ei apparuit: Erãt quidem veſtimenta eius niue candidiora, facies verò Sole ſplendidior: quem ſimul aſpexit, & ita perfectè (ipſo dante) cognouit, tanquam ſi in Beatiſſimo Apoſtolorũ comitatu ab initio conuerſatus fuiſſet,& eius ſacro refectus intuitu,eiuſquè familiaribus inſtructus fuiſſet eloquijs. Ad pedes eius ergo illicò proſtratus, & vbertim præ gaudio lachrymas manãs,talia humili prece cœpit expoſcere; Plaſmator omnium,& medicator mentium Deus,qui de Virgine naſci dignatus, & pro nobis hoſtia factus, antiquum confregiſti Draconem;miſericordiam tuam ſupplicitèr imploro,quatenùs,donec in hoc fragili corpuſculo maneo;in quo,dum ſpiritus aduerſus carnem, & caro aduerſus ſpiritum concupiſcit,nulla eſt mihi de hoſte certa victoria,ita gratia tui ſpiritus viſitare digneris, vt virtutis robore confirmatus,nihil me valeat à tua charitate ſeparare;Cui Dominus; Guilielme,Guilielme,veſtrę charitatis circa me

intuitus viſcera, dignatus ſum in forma, quã vides, viſibilitèr apparere, ſimul, vt in ergaſtulo carnis poſitum te ego ipſe confortans, moneã, ne moram hic facias, nec ſtes in loco iſto; ſed ab eo ſecedas; alibi enim mihi es neceſſarius; Ad hæc verba ſui Socij illicò recordatus, rogare cœpit, vt, & confrater eius, (ſi fieri poſſet) eum aſpiceret; & Dominus; Vade inquit, & voca eum; Cùm autẽ ſimul ad eum intuendum interdum adeſſent; non iam ita clarè, vt priùs, eum videre, vel cum ipſo confabulari potuerunt; Pedes autẽ eius prædictus Ioannes tenuit; Deinde ad Cellulam cum gaudio reuertentes, ſimul cogitare cœperunt, qualitèr dominicæ iuſſioni parentes; locum desererent.

Sanctus Guilielmus infirmã mulierem ſanat, apparens ei nocte in ſomnis, & in ſignum relinquens candelam accenſam parieti ſuæ domus affixam.

CA-

CAPVT XVII.

EO quidem tempore quidam Beneuētanus eius familiaris, cuius mulier graui tenebatur languore;ad eum ueniens,cœpit ſupplici uoce rogare; quatenùs Beneuentum pergens ſuam coniugem uiſere dignaretur;tanto enim amore (pro ut fatębatur) eum cernere deſiderabat, quod,ſi ipſum aſpiciendi ſibi copia fieret; putabat illicò ab infirmitate poſſe liberari. Cuius prece Vir Dei audita,dixit ſe ad præſens ire non poſſe;cum autē liceret,libentèr ad eam uidendam properaret; ideòq; eum reuerti admonuit;Cum autem nox aduenißet, quē euigilans mulier uidere non poterat, dormiens hoc modo proſpexit. Erat namque ſibi cernere,quod accenſa candela domum eius ingrederetur,eaquè affixa in pariete,ad eius lectulum ferens ueſtigia,quid nam uellet,eam interrogabat; Ad cuius interrogationem mulier ſuſpirās, & gemens infirmitatis cauſam patefaciens,eius interuentum pro ſua ſalute rogabat; Et Vir Dei,noli timere,

mere, quia iam ſana facta es; Cum autem mane iam factum fuiſſet, ita incolumis de ſtrato proſiliuit, vt nec contractionis, quam paſſa fuerat, aliqua apparerent veſtigia; Candelam etiam, quam ſomnians affigi in pariete viderat, vigilans in eodem pariete viſam affixam cognouit.

Combuſtis miraculosè tugurijs in Monte Laceno, Sãctus Guilielmus cum Beato Ioanne ſocio inde diſcedit ad alium Mõtem, Cuneatum nomine, ibiquè tandem ſolus remanet.

CAPVT XVIII.

INterim, dum decedere ab eodẽ loco differrent, ecce die quadam, dum ambo in tugurio ſimul ſedebant, ex improuiſo aſpiciunt tugurium igne cremari, cuius, dum incendium alter eorum; qui fortior erat, extinguere fruſtra ſatageret, omnia etiam

Digitized by Google

etiam alia tuguria comburi aſpexit; Ex hoc iam manifeſtiùs cognouerunt ſe vlteriùs ibi manere non poſſe,& quod contra voluntatem Dei fecerant; quia tamdiù ibi permanſerunt. Arrepto itaquè itinere, iterum,iterūmquè conuenientia loca inquirunt; Nocte in ſequenti Ioanni Dominus in viſu apparuit,prædocens eum in Oriente, Guilielmum in Occidente opportere ſeruire; Numerum etiam dierum vitæ vtriuſque inſinuatus,quod poſtea rei probauit euentus,nā ſicut ſolitus erat frequenter prædicere, biēnio antè è vita deceſſit; Cum ergo ad Montem (Cuneatum nomine) veniunt, ibi cellulam quandam ædificant, in qua per non paucos dies inſimul permanſerunt; Nam ſecundum viſionem Domini,Ioannes à Sācto Guilielmo petita licentia (licet inuitus)à loco,& à Beato Viro diſcedens, ad Orientem in Garganum Montem ſeceſſit, vbi, & Monaſterium conſtruxit, & vſque ad vitæ ſuæ diem extremum in Dei ſeruitio permanſit; Confeſſor verò Dei Guilielmus cum Domino in eodem Monte remanſit intrepidus.

Ve-

Venator percutiens Sãctum Guilielmum, ſtatim à Dœmonio inuaditur,& vexatur, & paulò poſt precibus,& meritis eiuſdem Sãcti Viri à Deo miſericorditèr liberatur,ibiq; Monaſterium eius opera conſtruitur.

CAPVT XIX.

ILlo quidem tempore homo quidam nobilis,& prædiues cuiuſdam adiacẽtis Villę Dominus, cum multorum æquitum,clientum, & venatorum comitatu,& cum accipitribus,& canibus venatorijs cauſa venandi ad Montem, in quo Vir Dei erat,acceſſit; Venatores ergo per alpes, & nemora, cùm circumquaque perluſtrarent, ut uenatu aliquid caperent,nonnulli eorum ad locum, in quo Vir Domini Guilielmus orationi inſiſtebat,perueniunt, quem cum in-

intuerētur, vnus ex eis audacior cæteris torquens ſanguinea lumina, tumido aſpectu, ſuffuſo amaritudinis felle, ait ad eum. Quis es tu? Vel vnde huc aduenisti? In veritate dico explorator es; Ille verò, vt erat columbina ſimplicitate, hilari vultu, reſpondit; Vt fateris, frater, explorator ſum. Et verè explorator erat, quia congruum locum, idoneum, & Religioni ad habitandum aptum omni niſu inquirebat; Vt autem audiuit iniquus ille, quia explorator ſum, furore accenſus, & feruidus, ſpumanti ictu, vibrato venatorio pilo, Virum Dei in capite acritèr percuſſit; Et quoniam Confeſſor Domini ad carnis maceratione ferream galeam geſtabat, ictu ferientis quaſſatam, plaga interrumptionis cutem capitis eius aperuit, & cruor impetuosè de plaga profluens, faciem, & indupia inficiendo, perfudit; At vbi Sācti Viri caput ſæuus ille immani feritate percuſſit, Diabolus malorum incitator eum inuaſit, & qui priùs, vt Virum Dei percuteret, accenderat, in eo habitare, & ad ſuum libitum horribilitèr vexare incępit: Quem Socij admiratione, & ſtupore perculſi comprehenderunt,

& licet cum maxima difficultate ad Dominum, & ad Socios eorum vſque perduxerũt: Quem Dominus illorum, & cæteri Venatores perſpicientes, dum ligatis manibus ad ſe tam miſerabilitèr vinctum adduci deprehẽdunt, ingenti pauore exterriti, ſciſcitati ſunt, quid hoc eſſet, & quomodo ei accidiſſet: Illi autem ſeriatim totum propalãtes, ſicut euenerat, veridico ſermone narrauerunt; Igitur homo ille nobilis hoc diuino iudicio perpẽdens eſſe actitatum, ait ſuis ſecum comitantibus: Niſi homo ille ſeruus Chriſti eſſet, nõ vtique ſuæ iniuriæ tam citò, & euidentèr Omnipotens Deus ex alto reſpectans vltor exiſteret; ſed capite eum, & omnium viriũ conamine, etiam nolentem, ad Virum Dei trahamus, & ad genua eius procumbentes, humili prece depoſcere non ceſſemus, vt iſtius ſceleratiſſimi, & miſerrimi, miſereri non dedignetur: Qui iuſſa perficientes, Demoniacum illum à tergo manibus vinctis diſcerpentem ſe; & frementem, licet inuitũ, ad Dei ſeruũ perducunt, & ſtatim ſolo proſtrati, Chriſti Cõfeſſorem Guilielmum ſupplicitèr rogabant dicẽtes; Serue Dei Omni-
po-

potentis per ipſum te ſupplici prece flagitamus, qui pro ſuis Crucifixoribus Patris clementiam interpellare dignatus eſt, cuius te imitatorem incunctantèr credimus; vt noſtra precamina ſuſcipere digneris, & huic miſerrimo, & ſceleſto tuæ probitati delinquenti, clementia tuæ pietatis ſubuenire non differas, vt ſicut pro ſceleris immanitate, quam in veſtra ſanctitate exercuit, à Diabolo inuaſum cernimus, ita tuis ſacris orationibus eum liberatum intueamur: Reſpodens autem Confeſſor Domini Guilielmus, ait eis: Miſereatur ueſtri, Fratres, Omnipotens Deus, quare de me talia opinari uoluiſtis? non enim tanti meriti, aut tantæ ſum auctoritatis, ut diuina iuſtitia in ultionem meæ iniuriæ hoc fieri permitteret, peccator etenim homo ſum; ſed peccatis exigentibus alijs, hoc diſcrimen eum incurriſſe ſciatis: At illi inſtabant precibus, & humilibus uocibus dicentes, Miſerere, Miſerere Pater Sanctiſſime, nec ad noſtrorum facinorum enormitatem, qui digni exaudiri non ſumus, ſed ad tuæ Sanctitatis puritatem reſpicias: Scimus enim, & pro certo tenemus, quod niſi

in te procracitèr manus extendiſſet, & percuſſiſſet,non utique Diabolus iuſtiſſimam à Domino poteſtatem, ut eum tam valde uexaret,accepiſſet: Sed precare quęſumus Saluatoris clementiam,ut ſicut pro ſuæ iniurię ultione Omnipotens Deus in eum ingredi Dœmonem permiſit,ab eo expellat, & quẽadmodum de eius miſeria mæſti effecti ſumus,ita de ereptione gauiſi, lætabundi, & exultantes ad propria regredi ualeamus; Videns itaque Vir Dei fidei eorum conſtantiam,ad pietatis uiſcera, quibus in Domino iugitèr affluebat, cordis oculum dirigens, præcepit (ut relicto dœmoniaco)parumpèr ſibi locum darent orandi. Cumquè illi ſemoti recederent, Cõfeſſor Chriſti flexis genibus diutiùs diuinam potentiam exorauit: Denique (oratione expleta) Dœmon, qui miſerum tam ſęuiſſimè uexabat,ſtatim exijt ab eo: Vir autem Dei ſolutum manicis, quibus ille colligatus fuerat, vocato Domino ſuo,& Socijs,eis ſanum, & incolumen reddidit: Perpendens verò Hærus ille cuncta, quæ Deus operatus eſt per ſeruũ ſuum, miratus eſt valde, & ingenti pauore perterri-
tus,

tus,ac prouolutus ad pedes eius,ſe ſuis ſacris precibus deuotiſſimè committebat; Qui adiungens aiebat. Pater ſi ad noſtras partes, aliquam placet conſtruere Eccleſiam,conſiliũ noſtrum, noſtrorumquè hominum ad veſtrum libitum modis omnibus habere poteris,parati enim ſumus pro viribus, & poſſe tuæ parere Sanctitati, & tuis vſibus quęquè neceſſaria humilitèr, & deuotè ſubminiſtrare; Deum etenim in te per inhabitantẽ gratiam indubitata fide intenſiùs ineſſe credimus; Et hæc dicens, petita licentia, ad propria remeauit cum omni ſuo comitatu, & gaudio magno; Quoniam igitur lumen in tenebris minimè latere poteſt, fama ſuæ Sãctitatis continuò vniuerſis innotuit,& multitudo vtriuſque ſexus, virorum,ſcilicet, & mulierum ad eum crebrò confluebat. Inter quos etiam Robertus Comes ad eum viſendum, & audiendum ſitibundo pectore cœpit concurrere. Quibus omnibus ſalutis monita charitatis ſtudio darę nõ deſiſtebat; eorumquè conſilio, & ſolatio, nec non,& auctoritate Diœceſani Pontificis,vbi congruẽtiùs,& opportuniùs ei viſum eſt, Eccleſiam

ad

ad honorem Virginis Mariæ Matris Domini fundare nõ eſt oblitus; ibiquè collectis Fratribus Monaſterium conſtruxit.

Quidam Grãmaticus iniquè inuidens,& temerè percutiens Sanctum Guilielmum, biennio languore peſsimo à Deo percuſſus in cruribus, miſerrimè tandem moritur.

CAPVT XX.

ERat eo tempore quidam homo Albani, Grammaticæ profeſſionis, quem ſcientia ſine charitate (ſicut ſolet) inflauerat. Hic poſtquam audiuit de Beato Viro ab omni populo prædicari, inuidię face accenſus,& ſuperbiæ tumore elatus, cœpit non ſolum corãm populo, verum etiam coram Comite Roberto, Beato Viro detrahere,& eius Sãctitati derogare; videlicet, quod tanquam homo Idiota, & ſine litteris neſciret

ret quid faceret, vel quid proferret; & ſi facultas loquendi cum ipſo daretur, eum inſcium oſtenderet omnibus, & ignarum; Die igitur quadam (eo præſente) contingit, Sanctum Virum cauſa Eccleſiaſtici negotij Comitem prædictum adire; Non opus eſt verbis; ſermo protinùs inter eos eſt initus, inter Litteratum, & Idiotam orta eſt diſputatio. Verùm, quia Spiritui Sancto, qui loquebatur per eum, non eſt ſapientia, non eſt prudentia, quæ poſſit reſiſtere, Comite recognoſcente, cõtumax, & ſuperbus Grammaticus confuſus abſceſſit: Doloris itaque felle cõmotus, Socijs, & amicis ad uindictam ſui dedecoris aſſumptis, uiam, per quam Vir Dei tranſiturus erat, explorat, exploratam obſidet, obſeſſam cuſtodit; Tranſeunte ergo Dei Famulo, impia manus occurrit, & turpitèr eum de Equo depoſitum, ſæuo afficiũt uerbere; Socio nequaquam etiam parcentes; Cùm itaque tanto ſcelere perpetrato, nequã Viri aufugiſſent; eius ſocius moleſtè illata mala perpatiens, prout qui nouitèr à ſeculo uenerat, ad Comitem ire apparat, proclamationem facturus: Sanctus autem Domini

cius

eius cognita uoluntate, talibus eſt eum ad patientiam reuocare aggreſſus: Fili huius Mundi Viri diuitiarum,quęque ſibi cariora, & optima diligenti cura,nè amittant,cuſtodiunt,& theſaurus abſconditus, nè alijs innoteſcat, ſtudioſiùs cauent. Quid eſt ergo, quod præcipiti voluntate noſtras diuitias,& theſaurum prodere properas,& prodita neglígentèr amittere? Noſtræ ſiquidem opes, diuitiæ,& gloria,iniurię,flagella,& quæ pro Dei amore patimur opprobria, ſunt,quæ,vt impatiētia comitatur,omnia protinùs amittuntur. Vbi eſt,quod Dominus in Euangelio dicit, ſi quis te percuſſerit in vnàm maxillam, præbe ei alteram? Signa quæſo cor tuum frater,& quod talia voluiſti,pœnitentiam age, & id ipſum nemini deinde manifeſtum facias; His, & alijs dictis,cum omni patientia ad Monaſterium ſunt regreſſi: Nō multò autem poſt Deus, qui omnium vltor eſt ſcelerum,peſſimo lāguore illum Grammaticū ſuperbiæ, & iniquitatis filiū percuſſit,nam crura eius ita computruerūt,vt maximo fœtore,nec propinquiores vellēt ad eū accedere, & in eo fœtore per bienniū cruciatus,mortuus eſt.

Aprum,

Aprum, hortulũ deuaſtãtem, duo Lupi ad primam vocem Sancti Guilielmi mirabiliter comparentes, eiuſdem iuſſu capiunt, & inde ſine læſione, & regreſſu expellunt.

CAPVT XXI.

NOn prætereundũ hoc arbitror, quod, cum in eodem Monte Cuneato Vir Dei moraretur, hortulum ſibi aptauerat, quem proprijs manibus ipſe colebat; Interea quidam Sus ſolito more de ſilua veniẽs, quæ ſeminauerat Sanctus, ipſe eruens, deuaſtabat; quem die quadam, dum in proprij laboris detrimento conſpexiſſet, alta voce clamare cœpit; Vbi ſunt; Vbi ſunt defenſores hortuli mei? Ad cuius vocem duo Lupi ſubito venientes, arrectis auribus adſtare cœperunt, quaſi expectantes quid eis Vir Domini eſſet iuſſurus; Ad quos imperat, vt Suem ſine mora capientes, de horto tra-

herent, eumquè illæſum abire permitteret. Quod vbi factum fuit, ad hortulũ Sus ampliùs non eſt regreſſus.

Lunatica Mulier ſanatur meritis Beati Guilielmi Deo propoſitis ab eiuſdem Genitore, qui voti compos effectus, habitum Religionis à Sancto Viro ſuſcipit.

CAPVT XXII.

EOdem quoque tempore, quidam Lunaticam filiam habebat, quam dum frequentèr tanto periculo fatigari aſpiceret, Paterna pietate commotus, & ad Deum toto corde conuerſus, talibus aures ſuæ pietatis interpellauit ſermonibus: Deus, qui Sanctorum tuorum meritis mirabilitèr operans, eos glorificare non ceſſas, pietatis tuæ clementiam pronùs adoro, vt per merita Guilielmi Confeſſoris ſalutem filiæ meæ largiaris, cuius interceſſionibus, ſi quod poſtulo,

ſtulo, mè vnquam impetrare cognouero, tuæ Maieſtati promitto, vt Sacræ Religionis habitu accepto, ſub eius diſciplina iugitèr in tuo ſeruitio permaneam: Eius vota Deus ab alto proſpectans, ita eſt Beati Viri meritis ſuæ filiæ ſalutis dona largitus, vt ea multò poſt tempore in ſeculo viuens, nunquam tale ſenſiſſet periculum; Quod vbi Pater cõperit, ſui non immemor voti, ad Guilielmũ è veſtigio properauit; & Religionis veſtem ab ipſo recepit, ſeriatim proſequens, quanta pro eius amore Dominus dignatus fuerit operari; Quod vbi Sãctus, & Venerabilis Vir audiuit, admonere ſtuduit; quatenùs nõ ſuis meritis, quæ nulla eſſent, ſed ſuæ puritatis fidei id deberet aſcribere.

Ad Vallem Compſanam tãdem descendens Beatus Guilielmus, in auium ſpecie ad eum ingrediũtur Angeli, eosquè ſui Cuſtodes frequentèr oculis corporeis cerne-

herent, eumquè illæſum abire permitterēt. Quod vbi factum fuit, ad hortulū Sus amplius non eſt regreſſus.

Lunatica Mulier ſanatur meritis Beati Guilielmi Deo propoſitis ab eiusdem Genitore, qui voti compos effectus, habitum Religionis à Sancto Viro ſuſcipit.

CAPVT XXII.

EOdem quoque tempore, quidam Lunaticam filiam habebat, quam dum frequentèr tanto periculo fatigari aſpiceret, Paterna pietate commotus, & ad Deum toto corde conuerſus, talibus aures ſuæ pietatis interpellauit ſermonibus: Deus, qui Sanctorum tuorum meritis mirabilitèr operans, eos glorificare non ceſſas, pietatis tuæ clementiam pronùs adoro, vt per merita Guilielmi Confeſſoris ſalutem filiæ meæ largiaris, cuius interceſſionibus, ſi quod poſtulo,

ſtulo, me vnquam impetrare cognouero, tuæ Maieſtati promitto, vt Sacræ Religionis habitu accepto, ſub eius diſciplina iugitèr in tuo ſeruitio permaneam: Eius vota Deus ab alto proſpectans, ita eſt Beati Viri meritis ſuæ filiæ ſalutis dona largitus, vt ea multò poſt tempore in ſeculo viuens, nunquam tale ſenſiſſet periculum; Quod vbi Pater cõperit, ſui non immemor voti, ad Guilielmũ è veſtigio properauit; & Religionis veſtem ab ipſo recepit, ſeriatim proſequens, quanta pro eius amore Dominus dignatus fuerit operari; Quod vbi Sãctus, & Venerabilis Vir audiuit, admonere ſtuduit; quatenùs nõ ſuis meritis, quæ nulla eſſent, ſed ſuæ puritatis fidei id deberet aſcribere.

Ad Vallem Compſanam tãdem descendens Beatus Guilielmus, in auium ſpecie ad eum ingrediũtur Angeli, eoſquè ſui Cuſtodes frequentèr oculis corporeis cerne-

re, ac ſpiritum prophetiæ habere, eidem Beato Viro Dominus largitus eſt.

CAPVT XXIII.

MOnaſterio igitur in prætacto Monte Cuneato conſtructo, congregatiſquè Fratribus, Prælatum ibi relinquens, non immemor, quod in Occidentali parte Domino eum oporteret ſeruire, eis valete dicens, Regularium Norma priùs tradita, ab eis diſceſſit; & ad Vallem Compſanam tandem (Deo Duce) peruenit, & iuxta Aufidi fluenta bono omine habitare cœpit; Vbi arbore quadam pro tugurio ferè per vnius anni ſpatium vſus eſt. Erat eo tempore in Monaſterio Montis Virgiliani Prælatus, Albertus nomine, Vir per omnia honeſtiſſimus, quem Confeſſor Domini Guilielmus, cum ab eo loco decederet, eidem Monaſterio præpoſuerat; Is, cum ad Eccleſiam Sãcti Martyris Chriſti Cæſarij operarios ſtatuiſſet, vt operis quidpiam exercerent, prędictũ

Io-

Ioannem de Nuſco, à quo hæc omnia didicimus, ad eandem obedientiam delegauit, vt quidquid erga operis ædificiũ ageretur, ſibi nunciando intimaret; Non dum enim ad Sacerdotis gradum fuerat promotus, vt diuinæ contemplationis intima mentis oculo ſpeculari deberet, attamen ad actionis exteriora deditus, qui ſibi imperabantur (vt Monachorum exigit ordo) ſedulus complere ſatagebat: Qui imperantis iuſſa perficiẽs, ad Sancti Cæſarij Eccleſiam properauit, & perſpectis omnibus, pro quibus venerat, ait intra ſe. Non reuertar donèc ad Gullitum, iuxta Aufidũ, vbi Dominus noſter Guilielmus nouitèr aduenit, pergam, & qualitèr ſe habeat, videam, vt de ſuæ continentiæ ſtatu, etiam Domino Alberto nunciare ſtudeam. His itaquè cogitatis ad eum ſitibundus circa Solis Occaſum venit, & mutuò ſe ſalutãtes, ac pacis oſculum dantes, Vir Dei de actu, & continentia Fratrum Eccleſiæ Montis Virgiliani ſolerti inquiſitione ſciſcitatus eſt: Ioannes verò (vt rei ordo poſcebat) ſeriatim ea, de quibus interrogatus fuerat, explicare impiger eſt exorſus: Itaque omnibus de quibus

bus percũctatus eſt,auditis, Cõfeſſor Domini Guilielmus ait ei, Frater recedendi hora iam præterijt,vſque mane nobiſcum maneto,& in ſequenti die (Deo concedente) proficiſceris: In loco igitur,vbi Vir Domini degebat erat tugurium,ante cuius fores ædificiolum paruum,& vncum ſubductũ in Cõchæ ſpeciem annexum eidem tugurio adhęrebat, & in ſummitate eiuſdem Conchæ (quæ vulgò dicitur,Coccia)erat paruiſſimũ foramen,vndę diurnæ lucis iubar ingrediẽdo,tugurium illuſtrabat; Ea verò nocte Cõfeſſor Domini Guilielmus intra tugurij cubiculum,clauſo, & obſerato oſtio,orationi vacabat; Ioannes autem forinſecùs in ædificiolo Pſalmodię deditus excubabat; Circa ſecundæ vigiliæ noctis horam vidit idem Ioannes quaſi duas aues magnas ad modum Arionum albas, & ſplendidas cum magna luce per foramen illud ingredi, ad quarum ingreſſum, omnes atras noctis tenebras effugare cõſpexit, quas, cum diutiùs ſuper caput ſuum, imminentes peruolare vidiſſet, ait intra ſe: Niſi hæ Aues Angeli Dei eſſent, non vtique hùc imperterritæ cum luce ingęſti-

ſtimabili ingrederentur; Hæc eo in corde voluente, Aues illas ianuis clauſis euidentèr intuitus eſt intrare ad Virum Dei; Ioannes verò admiratus de hoc, quod uiderat, & exterritus, totam noctem illam duxit inſomnem, & æſtuabat, meditando, indagare cupiens, quid hoc eſſet. Mane autem facto, diſceſſurus licentiam petijt; Cui Vir Domini ait. Vade in pace; & ſcito prænoſcens, quoniam, quod in hac nocte uidere diuino nutu promeruiſti, donec uixeris, uidere tibi ulteriùs non permittitur; His Ioannes auditis, magis, ac magis pauidus effectus, non eum interrogare pręſumpſit, quę illa fuerit uiſio; ſed uale faciens, cum omni feſtinatione ad Montem Virgilianum reuerſus eſt. Nemo igitur Confeſſori Chriſti Guilielmo titubare poteſt prophetiæ ſpiritum non fuiſſe; Cũ, & Angelos frequentèr ſibi ad cuſtodiam delegatos corporeis oculis cerneret, & quod Ioannes in Auium ſpecie eoſdem Angelos uiderit; ſine indice agnouerit, & quod denuò eos uidere non poſſet, ei nunciauerit; Quod poſtea, ut prophetantis ueritas probaretur, de cętero nullo modo uidere promeruerit.

Duo

Duo Monaſteria in vnum annexa Sanctus Guilielmus conſtruit in Valle Compſana in territorio Guleti prope Nuſcum, Virorum ſcilicet, & Mulierum, quarũ vita admirabilis abſtinẽtię celebratur.

CAPVT XXIV.

INcolebat Venerabilis Pater Vallem Compſanam, & interea in territorio Guleti prope Nuſcum, locum idoneũ ad conſtruendum ibi Monaſterium intuitus eſt; Etenim terræ fertilitas, lignorum copia, aquarum affluentia; opportunitatis ſpeciem prætendebat. Quid multa? Maxima deuotione Dominatoris loci illius Monaſterium ibi, Virorum, & mulierum ad gloriã, & honorem omnium Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti conſtruxit, in quo, vt vtriuſque ſexus fieret Domino acquiſitor, non paruam Virginum multitudinem congregauit; quibus

bus etiam Sanctę Religionis habitum tradidit. Harum vitam,& nobis ſcribere, & omnibus audire fidelibus,opere pretium duximus.In earum namque Sacratiſſimo Comitatu nulla eſt, quæ, vel in infirmitate vinum cognouerit: Carnes verò, caſeum, & oua, etiam nominari nefas exiſtimāt. Victus etenim earum eſt, in tribus diebus hebdomadę,ſolus pānis, & poma cum crudis herbiş; In reliquiş verò tribus diebus vnum habenț cum pane tantùm ferculum oleo cōditum; Die autem Dominico ſimili tramite vitam tranſigunt. A feſto etiam omnium Sanctorū vſquè ad Natiuitatem Domini, & à Septuageſima vſquè ad Reſurrectionem Chriſti, pane tantùm veſcuntur,& aqua; Nonnullæ etiam,& à pane abſtinent,pomis,& leguminibus contentæ; Earum equidem communis eſt voluntas,& deſiderium cum vitijs,& concupiſcentijs carnem crucifigendo; Mūdo mori,& Domino viuere.Sed ne,licet expediat, occupati circa deſcribendam Sāctarum fœminarum Religionem,à noſtro propoſito lōgè digredi videamur, ad eum, de quo ſermo eſt inſtitutus,ſtylū reducamus.

Sanctus Guilielmus Beneuenti cœcam puellam illuminat.

CAPVT XXV.

CAuſa ergo extitit, vt eum Beneuentũ ire oporteret, cumquè propè Mœnia Ciuitatis eſſet, (vt eſt conſuetudo) Nuntium ad quemdam Hortulanum, apud quem hoſpitatus fuerat, direxit; habebat autem homo iſte filiolam quandam octo mẽſium ferè, quæ cœca à materno vtero nata lumen non viderat: vt autem Mater eius per Nuntium de aduentu Dei famuli fuit certificata, accepta infantula, aſcendit in ſpeculo, expectans, quando Vir Dei eſſet venturus; Quamprimum ergo Vir Dei deſcendit, ſubitò ad eum Mulier veniens, filiolam ſuã ad pedes eius proſtrauit, dicens: Accipe, quia tibi nata eſt, nõ mihi, & cõfeſtim aſcẽdens, in remotiori parte domus clauſo oſtio ſe abſcõdit; Infantulã autẽ Socius eius accipiens,

piens,cum Venerabili Patre domum aſcendit;Poſtquam autem aſcenderunt, à Socio infantula accepta, & in gremio ſuo poſita, cum ea pariter obdormiuit: Nec mora, infantula ſubitò expergefacta tanquam maximo terrore perterrita, clamans, & vociferãs Sanctum Dei excitauit: Qui dum,vt adſolet ſomno euigilans,manum leuaret, iam viſu accepto, eius ſacra manu quoquo ducere cœpit infantulam,& contractare; Quod,vt Socius eius aſpexit, continuò aſſurgens cœpit diligentiùs experiri,ſi iam ſuperna bonitas Sancti Viri meritis, ei fuerat ſalutis dona largita: Vbi ergo, quod iam dudum ferebat in animo, certis cognouit indicijs, protinùs ad Sanctum Dei de illius ſalute annũciauit; Quo ſibi ponente ſilentium, mater, vt erat ſollicita,euentum rei expectans, confeſtim de thalamo prorũpens,res,vt erat,cognouit: Quæ pro ingẽti lætitia, quam ſalus filiæ miniſtrabat,vicinis, & notis, quid Sancti Viri merita fecerant,indicauit. Hæc res per totã Ciuitatẽ audita eſt,cãpanæ pulſatæ ſunt, cõcurſus populorũ ad eũ factus eſt,omnes vno ore verè Sanctum, & amicum Dei confitebantur.

In Caſtello Binettę Prouincię Barij inuocato auxilio Sancti Patris Guilielmi, aqua in vinum conuerſa eſt.

CAPVT XXVI.

TEmpore quodam ad quandam Eccleſiam apud quoddam Caſtellũ, Binettam nomine, domũ fieri pręcœpit, ad cuius ædificationem quidam de Fratribus vacantes, operarios conduxerunt, quibus, cũ iam uinum deficeret, puerum ad quandam Eccleſiam Sancti Georgij, quæ nõ multum à Barinis Mœnibus diſtat, cauſa ferendi vinum, miſerunt, de cuius mora metuens propinator, uas plenum aqua iuxta illud, quod parum uini habebat, appoſuit, cogitans, ſi eo moram faciente, qui pro uino ierat, operarijs vinum eſſet neceſſarium, eam uino cõmiſceret, & ſic eorum ſatisfaceret uoluntati; Cum autem iam Sole Occidente, moram ille faceret, & fabricatores uinum exigerẽt, fe-

ſecundum propoſitum, aquam, quam in uaſe poſuerat, uino admixturus, in optimum uinum uidit eſſe conuerſam; Quibus inquirentibus, unde tàm bonum uinum haberet, nihil aliud, quàm, quod Deus dederit reſpõdit. Quis igitur dubitet Sancti Viri meritis hoc tantum miraculum contigiſſe, cuius Sanctitatis auxilium, pro ut ipſum poſtea confitentem audiuimus, aquam hauriens, inuocauit?

Ignis voraturus ſegetes, apparente ſcapulare Sancti Guilhelmi per campum iuſſu ipſius circum circa delato, quaſi imbrium inundatione extinguitur.

CAPVT XXVII.

CVm in tempore meſſis Confeſſor Domini Guilielmus in loco, qui Cripta muſcarum dicitur, conſiſteret, & per meſſorum manus manipuli per diuerſa cã-

pi

pi loca in congeriem eſſent congregati, ſubitò ignis uehemens ab Orientis oris omnes illius Regionis ſegetes comburẽs, apparuit, quem uidentes diſcipuli eius, qui cum eo erant, terrore perculſi, aiunt Viro Dei, ecce ignis immani impetu propriùs accedit, uniuerſa incendens, & uorans, & nemo ei reſiſtere præualet, & quid faciemus? Cum noſtras fruges conſumi uidemus, & eas nullatènus defenſare, vel tueri ualeamus? Heù proh dolor, in ſequenti anno nos mendicare oportet; Et hæc dicentes, diſſecabantur cordibus ſuis, quid facerent, aut quo ſe verterent, neſcientes. Quibus Sãctus Pater; Nolite Fratres; Nolite contriſtari, & hoc dicẽs, exuens ſe, quod indutus erat, ſcapulare, dedit eum vni diſcipulorum ſuorum, dicens; Cito Equum aſcende, & circumcinge quãto citiùs hoc ſcapulare vniuerſum campũ, qui protinùs Equum aſcendens, citato curſu imperantis iuſſa compleuit, & totum campum, in quo manipulorũ aggeres erant vniti, perluſtrauit; At vbi ignium flammę fines, quos ſcapulare circumſerpſerat, applicuerunt, vltra progredi non præſumpſerunt,

ſed

ſed protinùs,ita ſunt diuinitùs extinctæ, ac ſi imbrium inundatio eas inuoluiſſet; Videntes autem diſcipuli eius, quod Deus Omnipotens ſerui ſui meritis immanes ignes potentèr extinſerat,eò deuotiùs ei obſequebātur,quò eum per miraculorum corruſcationes diuino amori connexum cernebant.

Aqua, qua Sanctus Guilielmus abluerat manus ſuas, propinata lunaticæ puellæ,eam mirabilitèr à ſua infirmitate ſanat.

CAPVT XXVIII.

IN Ciuitate Salpitana,quæ in partibus Apuliæ ſita eſſe videtur, erat Vir quidam nomine Iordanus, qui familiaritate fraternitatis Sancto Viro adhæſerat, ad cuius domum quotieſcunque inde tranſitū Confeſſor Domini habebat,in eundo, & redeundo, vtpotè ad Fratris hoſpitium diuertebat,quem venerabilitèr ille ſuſcipiens,deuotè ei,& ſuis Socijs ſecum comitātibus totis

tis viribus obſequium exhibebat. Quadam igitur die, cũ more ſolito apud eum hoſpitaturus diuertiſſet, Vxor prædicti Iordani, (Delitia nomine) recordata eſt cuiuſdam puellæ lunaticę eiuſdem Ciuitatis indigenæ; Cuius infirmitatis moleſtia parentibus, vicinis, & notis omnibus horribilis, atq; exoſa extiterat; Præfata namquè Mulier diuino contacta ſpiritu, ait intra ſe, ſi de manuum ablutione Sancti Viri huius puellæ lunaticę potum tribuero, credo, quod ab ægritudine, qua tam grauitèr tenetur, meritis eius Diuina Clementia eam liberabit: Hæc ea intra cordis ſecreta volutans, hora, qua Vir Domini pranſurus diſcumbit, accepta aqua Sãctus manus ſuas lauit, quam, ſchifo ſuppoſito, ſagaci ſolertia mulier recipere ſtuduit; Dehinc reuerentèr puellæ lunaticæ propinauit, ſicquè factum eſt, vt omni ægritudine propulſa, integerrimè puella eſt ſoſpitati reſtituta, & de cœtero præteritæ infirmitatis aliqua ſigna, aut effigies ei nunquam comparuerit.

A Me-

A Meretrice ad concubitum venereum prouocatus Sanctus Guilielmus, pro lecto ardentes eligit prunas, ſuper quas diù ſe volutās, tandem ab incendio ſurgit illęsus.

CAPVT XXIX.

QVoniam de miraculis, & virtutibus Sãcti Patris Guilielmi (diuina cooperante gratia) diſſerere conati ſumus; de quodam miraculo inter cœtera digniſſimo memoria compellimur, rimãte ingenio, tractare, eo quod per omnes partes finium Apuliæ, per multorum ora fidelium (et, vt latiùs dicamus) quaſi vulgi rumore ſuper omnes virtutes, quas omnipotens Deus per eum operari dignatus eſt, ab omnibus vocita[illegible] & nè inerti ſilentio, & infructuoſa ta[illegible] indignæ tradatur obliuioni, pla[illegible]tri dictaminis ſtylo, ad illud mi[illegible]ſinuandum, propulſa omni inertia,

tia ardenti animi deuotione aggrediamur?
Dicitur à multis, qui à perſonis, quæ interfuerunt, veridica aſſertione didicerũt, quod in tempore illo, quo Rex Rogerius, Siciliꝟ, & Apuliæ Monarchiam regens, totius Regni moderabatur habenas, contigit eũdem Regem in Apuliam venire; Cui Confeſſor Guilielmus aſſiſtens ſalutis monita dare incœpit, & licet eum Rex libẽter audiret, corde tenùs hæſitabat, vtrum verax, an hypocrita poſſet teneri; Cum autem crebris acceſſibus (peracta conſecratione) prædictum Regem, & Magnates eius Curiæ (Spiritu Sancto dictante) feruida mente, diuinis inſtrueret eloquijs, & eiſdem prædicationibus ſacris ſollicitus, & deuotus inſiſteret; Ammiratus eiuſdem Regis (Georgius nomine.) Sanctæ exhortationis verbis profluentibus de ore eius, humilitèr, & fragranti deuotioue aſſiſtebat, cupiens magis, ac magis, Mariæ Magdalenæ more, ſitibundo pectore Sacri Eloquij fluenta haurire; credens illum, non hypocritam, ſed veracem Dei ſeruum exiſtere. Rex itaquè memoratus Hypocritam potiùs, quàm veracem eum credere videbatur.

tur. Accidit autem, vt quadam die Confeſſor Domini Guilielmus Regi aſſiſteret, & ſacrorum eloquiorum ſermocinationem ei, & omnibus ſuis domeſticis miniſtraret, & poſt ſermonis finem, vale faciens Regi, abſceſſit, & ſeceſſit ad Hoſpitium; Et ecce quędam Meretricula ſpecioſiſſima ad Dominũ Regem propriùs accedens, ait ei. Si de beneplacito Regiæ Maieſtatis procederet; ego citiùs oſtenderem iſtius Hypocritæ quanta ſit ſimulatio; in nocte etenim ſubſequenti meçum illum concubere ex induſtria faciã; Et Rex in Ganeam ſuſpiciens, reſpondit cũ magno riſu dicens, ſi hoc tua verſutia perpetrare potueris, peracto vſu libidinis, tibi donabo bona ampliſſima, vt Ammiratus, qui eum, non hypocritam, ſed quaſi Prophetam veneratur, deluſum ſe ſentiat, & confuſum; Quæ protinùs à Regis facie diſcedẽs, ad domum, in qua Vir Dei cum ſuis hoſpitabatur Socijs, celeritèr aduenit, & meretricario more eum alloquitur, dicens. Cur Domine corpus tuum diutiùs affligens, gaudia tuæ iuuẽtutis amittis? Qui poſſes Mundi bona lucrari; & oblectamẽtis ſecularibus dulcitèr per-

frui (& quod deſiderabiliùs eſt, & delectabiliùs) pulcherrimæ iuuenculæ amplexibus delectari? Certè, ſi veſtræ placeret amantiſſimæ perſonæ, me in veſtro concubitu ad libitum habere poteris; Et Sanctus Vir religioſa ſimulatione reſpondit, dicens; Volo; Et Ganea, quando vis veniam? Et Sanctus, quacunque hora uis; Et illa; Nocte hac ueniam? Et Dei Seruus, bono omine uenias; Impudēs autem Meretricula ad Regem reuerſa cum ingenti deriſu, & uiolenti cachinno dixit ei; Ecce, quem Prædicatorem, & Dei Seruum Ammiratus credebat, in ictu, & momento uno eius apparuit Sanctitas; In nocte enim uentura mecum ſe concubiturum incuntāter ſpopondit: Rex itaquè ſubridens contra Ammiratum, ait; Ecce, quem Virum Dei, & Seruū Altiſſimi tenebas, quomodo ad vnius ſeductionis vocem ſe promiſit Meretriculæ conſenſurum? Et Ammiratus ad Regem, per Muliebrem impulſionem puriſſimus Adam miſerabilitèr de Paradiſo exijt; Samſon fortiſſimus oculorū uiſum turpitèr perdidit; Salomon ſapientiſſimus Idola fabricādo, & adorando, ſciētię acumen, & Dei amo-
rem

rem amiſit: Petrus Sanctæ Eccleſiæ Architectus, & Apoſtolorum Princeps ad vnius Ancillæ vocem corruit;Et quid mirũ ſi tantus Homunculus iſti horribili meretriculæ aſſenſum præbuit? Tamen rei notitiam, ſi Regiæ placet celſitudini,indagare ſubtilitèr ſtudeamus,credo equidèm, quod fœdisſima hæc Ganea (diuina fauente clementia) probabitur per omnia eſſe mentita;mittamus ſi placet prouidos exploratores, & ſollicitos, qui clàm ſtantes,& perſpicientes,agnita per eos veritate,rei exitum noſcere valeamus;& Rex,ita fiat, vt loquutus es; horrida Ganea ad Regem, & ad Ammiratum reſpondens, dixit,ſi hoc, quod loquuta ſum effectui mãcipare nequiuero, nunquam à cõſpectu veſtro ſine maximo dedecore recedere recuſo,vel exopto; Et hæc dicens, à facie Regis abſceſſit; Confeſſor igitur Domini Guilielmus de aduẽtu peſtiferæ Mulieris præſcius, diuinitùs admonitus à ſuis Socijs lignorum copia afferri præcepit, & circa Solis Occasũ in pilam compoſita, igne ſuppoſito,in ingẽtem carbonum aggerem conſumere fecit; ita vt, non ſolum ignis,verũ etiam caminus

im-

immaniſſimus videretur: Ignorantibus, & mirantibus Socijs quid ipſe facturus eſſet; Et cum iam totus Orbis noctis caligine inuolueretur, ecce pręſcripta Ganea venit, Stibio, & migmate facie perũcta; veſtibus proſtribularijs, & odoriferis ornata; cæſarie victis, & redimiculis compoſita; capitis vertice theriſtro turrita; & omni decore decipiendi redimita; & cum iuxta Dei Seruum, vt illum deluderet, reſediſſet, ait ei; En, ut condecet iuuenem flore iuuentutis pollentem, pulcherrimam iuuenculam in tuo lectulo ad libitum habere poteris; Ad quam Sanctus; Et ego paratus ſum, ſi uis in meo lectulo mecum iacere, te libentiſſimè recipiã; Et illa: Vbi eſt cubiculum: Vbi clàm à ſocijs tuis tecum eſſe ualeam? Et Dei Seruus, ego tibi, & cubiculum, & lectum in Dei mei nomine oſtendam, & protinùs ſurgens, inuocato nomine Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis, & impreſſo Crucis ſignaculo, & exutis lacertis, nudiſq; manibus ignium prunas per mediũ diuiſit, & ſacris ſuis exuuijs inter vtraque prunarum incendia ſe intrepidus iactans, fauillas ignium verrere ſtuduit, & dũ

diu

diù inter duos rogos verrēdo,ad libitum ſecurus moraretur, ſtrauit veſtes, quibus prunas mundauerat,& procumbens extendit ſe in medio ignis,vocauitquè puellam iam dictam,& ait illi; Ecce in virtute Dei mei omnipotentis lectulum, in quo quieſcere volo, paratum habeo;ſi placet;huc veni , & mecū quieſce; Cum autem,quādiù voluit,in igne moratus eſt, alacèr ſurrexit,& ita (ſe cœleſti protegente gratia) illæſus , & inuſtus de incendio exijt,vt nec capitis capillus,nec pilus teguminis læſus incendio appareret;Videns autem impudens Muliercula,quod factum fuerat , timore , & admiratione perculſa, & exterrita, depoſita omni corporis compoſitione,& ornatu,confuſa diſceſſit,& veniens ad Dominum Regem, quæque dicta , & facta fuerant, ei narrauit. Mane autem facto, exploratores,qui à Rege , & à Georgio Ammirato miſſi fuerant,vt Sancti Viri Guilielmi , & Ganeæ dicta , & acta ſubtilitèr perſcrutarentur,cum maxima admiratione , & cordis compuntione ad pedes Domini Regis terratenùs proſtrati, lachrymabilitèr cūcta,quæ audierant,& viderant,ſeriatim eidē

Do-

Domino Regi, & Ammirato inſinuare ſtuduerunt: Audiens hæc Rex, expergefactus, timor irruit ſuper eũ, & exhorruit facinùs, pœnitens, & dolens, quod Dei Seruum auſus fuerat deludendo tentare; Gaudens Ammiratus, & exultans ſuper victoriam, & gloriã Viri Dei, quas ſuper eum, & in eum Omnipotens Dominus oſtẽdere dignatus eſt. Nõ multò poſt Chriſti Cõfeſſor Guilielmus ad Regis Curiam ingreſſus eſt, ſacra facturus, & Euangelica monita prædicaturus, & videns eum Rex eminùs ad ſe venientem, ſtatim de ſolio ſuo proſiliens, & obuiam pariter cũ Ammirato occurrit, & ad genua eius ſimul procidentes, cum lachrymis veniam ſuppliciter poſtulabant, vt ſui miſertus, tam nefandiſſimum ſcelus ſibi dimittere dignaretur, eo quod tantum Dei ſeruum auſi ſunt procacitèr tentare: Quibus Dei famulus reſpõdens, dixit; Abſit; Abſit hoc à me; vt alicuius indignationis, vel commotionis feruore erga vos perturbatus ſim; Non enim in me, niſi quod ad laudem Dei, & diuinæ Maieſtatis glorificationem redundare videtur, exercuiſtis; & ideò quod ad gloriam ſui nomi-

mi-

minis Omnipotens Deus operari dignatus eſt,mihi adſcribere nolite; Sed quod ſua ineffabilis gratia in me patrare placuit, ad veſtræ incredulitatis ſocordiam propellẽdam, & fidei conſtantiam roborandam,eum peregiſſe credatis;Ego enim homo peccator ſum pari creatione ſimilis vobis conditus, humanæ naturæ conditione ſubditus;membrorũ ordine, & qualitate conſtructus, & compactus;carnis miſeriæ poſitus, & ſubiectus; nihil in me,niſi quod humanum eſt ſentio, & agnoſco; Si autem Dominus in me ſua inenarrabili prouidentia aliquid operatur; ad veſtræ ſalutis augmentum eum facere non dubitetis.Intelligens itaquè Rex, & perpendens, non iactantiæ cauſa, non arrogantiæ fauſtũ Sanctum Virum ſibi affari, reſpondens, dixit ad eum. Vt aſſeris Reuerende Pater ratum, & certum eſt Clementiſſimum Deum ad noſtræ ſalutis prouentum ſua ineffabili gratia virtutes, & miracula operari;ſed quia per electos ſuos, quos à Mundi exordio ad expellendas infidelitatis tenebras, & illuminanda fidei radijs, corda fidelium prouidendo elegit, de eorum numero te ipſe miſit,

ſit, cui ſit laus,& gloria ſemper, & per infinita ſeculorum ſecula; qui noſtris temporibus Regno noſtro talẽ delegauit Doctorem, & illuminatorem;niſi.n. carnis incendio,& vitiorum æſtus Spiritus Sanctus cælitus in te non extitiſſet,materialis ignis incendium, vt te exurere non prçualeret cõtra naturam, Deus nullatènus permutaret, ſed ſicut te à vitijs liberum,ita,cooperante Spiritus Sancti gratia, virtutibus vberrimis confidimus fore perfuſum;& ideo ex hac hora, & deinceps, non ſimpliciter,vt Dei Seruum, ſed vt Apoſtolum, & Diuinum Nuntium nos te diligere, & venerari profitemur. Ab illo ergo die Rex cælitus inſpiratus de Perſonis Religioſis totius Regni neminẽ cariorem,& amabiliorem Sancto Guilielmo penès ſe habuit; & ita humiliter, & deuotè eum audiebat,ac ſi Petrum Apoſtolum ſibi loquentem,contueretur,credens illum non per ſe loquentem, ſed per eum, qui per Pſalmiſtam loquitur, dicens;Aperi os tuum,& ego implebo illud; Et ita charitatis feruore eum dilexit, quod ſicut vulgari prouerbio dicitur, De vite vera,& fructifera malleolum inſerere noli dubi-

bitare; etiam amore, & deuotione illius inductus de ſuis diſcipulis Monaſterium ad faciem Panormitani Palatij in viſu Aulæ Regiæ ad honorem Sancti Ioannis conſtruere diligentiſſimè ſtuduit; Vnde vſque hodie in memoriam Sancti Guilielmi Confeſſoris, & Eremitæ Monaſterium Sancti Ioannis Eremitarum vocitatur. Ac inſuper ipſius Sancti Viri deuotione totam Congregationem in ſuæ Regiæ Maieſtatis protectionē ſuſcepit; eamquè nonnullis gratijs, fauoribus, exemptionibus, bonorumquè conceſſionibus ditauit, & illuſtrauit, pro vt ex his duobus infra notatis Priuilegijs res conſtat apertè.

Primum Priuilegium à Rogerio Rege Neapolis conceſſum Sactiſſimo Patri Guilielmo Vercellenſi adhuc viuenti.

IN nomine Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinatatis, &c. Cum Trino ſalutis remedio, orationibus, videlicet, iejunijs,

& eleemoſynis fidelium,tàm viuorum,quã mortuorum animæ à tenebrarũ pœnis poſſe liberari, diuina teſtatur pagina, iuſtũ eſt, vt quiſquis fidelium, dum ſuperſtes eſt, ad iſta animi intentionem ſummoperè aduertat;Quæ ſi digna fiant,& iam defunctis pro ſunt,& adhuc in carne degentibus,ſi in finẽ vſque benè operãdo perſeuerauerint (ſicut in Euangelio legitur)ſalus æterna promittitur. Nos itaquè Rogerius diuina fauẽte clemẽtia Rex Siciliæ,Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ,audito frequentiùs (quod in Euangelio legitur.) Abſcondite eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro vobis ad Dominum, ſalutem promiſſam attendentes;Frater in Chriſto Guilielme,Sanctæ Mariæ Montis Virginis Prælate,quia ſanctè, ac religiosè Dei ſeruitio ſine intermiſſione orando inuigilas,& tuis,tuæquè Congregationis,& aliorum Religioſorum ſanctis orationibus,diuina præeunte miſericordia releuari confidimus, iuſto voto,dignæquè petitioni tuæ pietate moti, acquieſcere dignum duximus.Ea propter pro ſalute animarum Patris noſtri Comitis Rogerij,& Matris noſtræ

ſtræ Adelaidæ & Reginæ Aluiriæ beatarum memoriarum; cæterorumquè parẽtum noſtrorum,tàm viuorum,quàm defunctorum, concedimus Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Montis Virginis,cui præeſſe videris,& tibi,tuiſq; ſucceſſoribus in eodem loco ſub Religionis Regula degentibus,liberè , & quietè in perpetuum habere,& tenere omnes . . . . obedientias,atque earundẽ poſſeſſiones, quas poſſidetis,& hactenùs poſſediſtis,aut in poſterum emptione,donatione,cońcambio, ſeù iuſto quolibet donationis titulo (Domino annuente) poteritis adipiſci,rata eſſe volumus; & auctoritate Regia confirmamus; Tenimenta etiam , & vniuerſa mobilia , & immobilia,& ſupradictam Eccleſiam, cum omnibus obedientijs, & pertinentijs ſuis, & perſonis ei ſubiectis in quacũque parte Regni noſtri commorantibus in protectionem noſtræ Maieſtatis recipimus,& præſenti Priuilegio communimus. Concedimus etiam, vt ſi Fratres eiuſdem Eccleſiæ ad vſum , & vtilitatem ipſorum aliquid emerint per ſe, vel per Nuntios proprios , nullum propter hoc in toto Regno noſtro plateaticum exi-

gatur,

gatur. Si vero prædicti Ftatres aliquid de rebus Eccleſiæ vendiderint, nullum ex pretio venditarum rerum plateaticum cogantur exoluere; & vbicũque per totum Regnum noſtrum præfatæ Eccleſiæ homines pannos emerint pro indumentis Monachorum, & aliorum hominum ſuorũ, vel aliquid aliud, nemo ſit, qui aliquid eis de rebus ipſis Plazam, vel aliquam iuſtitiam pro parte Curiæ exigat, aut tollat; Sed prædicto modo liberè, & abſque exactione vendant, & emant. Cõcedimus etiam, vt de Animalibus, quæ ad ius prędictæ Eccleſiæ ſpectare videntur nullus herbaticum, vel glandaticum, aut aquaticum tollat, vel exigat, aut aliquam aliam faciat exactionem; ſed omnia alia ipſorum ſecurè ſub noſtra protectione, & liberè paſcantur per totum Regnum noſtrum in quacunque parte fuerint reperta: Pręcipimus etiam, Regia auctoritate, vt homines, qui ad ius prædictæ Eccleſiæ pertinent, vel(Domino dante) in futurum pertinere nõſcantur, nullum grauamen ab aliquo, vel moleſtiam patiantur, nec aliquis audeat exactionem, aut coltam in eis facere in quacunque

parte

parte Regni noſtri fuerint reperti; aut degere videbuntur; Auctoritate Regia prohibentes omnibus, ... quam laicis ditioni noſtræ ſubiectis, nè quis eorum inſani mentis furore pulſus præfatas Eccleſias, obedientias, poſſeſſiones, ſeù ſeruos Dei, vel Ancillas Chriſti ibidem; ſiuè alibi, die, noctuq; continuis orationibus inſiſtentes, & pro nobis, & Regni noſtri ſtatu Omnipotentis gratiam interpellantes, ſiue aliquos, vel aliquas; qui prænominatis Eccleſijs, vel tibi, vel ſucceſſoribus tuis ſpontaneè ſe obtulerit, nullatenùs inquietare, vel moleſtare præſumat; Nec vllus . . . . . de bonis earundem Eccleſiarum ſubtrahere, vel auferre, vel pratèr canonicam obedientiam ab eis aliquid violentèr exigere nullatenùs audeat. Præterea volumus, & præſenti Priuilegio ſancimus, vt ſi quis Prælatorum noſtrorum; ſeù Principum, nobilium, ſiuè cuiuſcunque ſint conditionis, prædictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Montis Virginis, & tibi, aut tuis ſucceſſoribus charitatis ſuæ beneficium impertiri voluerit; (ſaluo Regiæ Maieſtatis iure) liberè habeatis, & pacificè poſſideatis: Hoc autem

tem conſtitutum pro ſalute prædeceſſorum noſtrorum, & peccatorum noſtrorum; hæredumquè noſtrorum remedio fecimus: Si qua igitur perſona de Regno noſtro huic Priuilegio contraire tentauerit; centum libras auri Regali Curię perſoluat,& Eccleſię Sanctæ Mariæ Montis Virginis libras auri quinquaginta. Quod, ſi perſona de Regno noſtro non fuerit,quæ noſtra ſancita violare præſumpſerit, . . . gladio fodiatur, & Omnipotentis Dei,Patris, & Filij, & Spiritus Sancti iram ſentiat ſempiternam, niſi reſipuerit, & congrua ſatisfactione correxerit. † Amen † Amen † Amen † .

† Signum Guilielmi Dei gratia Principis Taranti filij Regis.

† Signum Guilielmi Caputaſini.

† Signum Gaufr.Malleo Venat.

† Signum Sighen.Caſtell. teſtis.

Ego Robertus Mariſſen.teſtis.

Da.



Datum Panormi per manũ Magiſtri Thomæ Cappellani Regis, octauo kalen. Septembris Indictione xv. Incarnationis Dominicæ Anno M.C.XXXVII.

Secūdum Priuilegium ab eodem Rege Rogerio conceſſum Sancto Patri Guilielmo viuenti.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduę Trinitatis, &c. Cum trino, ſalutis remedio, orationibus, ieiunijs, & eleemoſynis fidelium, tàm viuorum, quàm mortuorum animas à tenebrarum pœnis poſſe liberari (diuina teſtatur pagina) iuſtum eſt, vt vnuſquiſque fidelium, dum ſuperſtes eſt, ad iſta animi intentionem ſummoperè aduertat, quæ ſi digna fiant, etiam defunctis proſunt, & adhuc in carne degentibus, ſi in finem vſque benè operando perſeuerauerint, (ſicut in Euangelio legitur) ſalus æterna promittitur: Nos itaquè Rogerius (diuina fauēte Clementia) Rex Sicilię, Ducatus Apulię, & Principatus Capuæ audito frequentiùs, quod in Euangelio legitur; Abſconditè eleemoſynam in ſinu pauperum, & ipſa orabit pro vobis ad Dominum, ſalutem attendendo, Pater Sancte in Chriſto Guilielme Sāctæ

Ma-

Mariæ Montis Virginis Prælate,quia ſanctè, ac religioſè Dei ſeruitio ſine intermiſsione orando inuigilas, & tuis, tuæquè Congregationis Religioſorum ſanctis orationibus diuina præeunte miſericordia, releuari confidimus; iuſto voto, dignæquè petitioni tuæ pietate moti; quieſcere dignum duximus; Ea propter pro ſalute animarum Patris noſtri Comitis Rogerij, & Matris noſtræ Adelaſiæ, & Reginæ Aluiriæ beatarum memoriarum, cæterorumquè Parentum noſtrorũ, tàm viuorum, quàm defunctorum concedimus. . . . Sanctæ Mariæ de Buſſiniana;& tibi,tuiſquè ſucceſſoribus ſub Religionis Regula degentibus, liberè, & quietè in perpetuum habere,& tenere omnes . . . . & obedientias,atque earundem poſſeſſiones, quas poſſidetis, & hactenùs poſſediſtis, ſiuè deinceps poſſeſſuri eſtis; Auctoritate Regia prohibentes, ... quàm laicis auctoritati noſtræ ſubiectis, nè quis eorum inſanæ mentis furore pulſus, præfatas Eccleſias,obedientias poſſeſſiones, ac ſeruos Dei, vel ancillas Chriſti ibidem, ſiuè alibi, die, nocteuquè continuis orationibus inſi-

M 2 ſten-

Secũdum Priuilegium ab eodem Rege Rogerio conceſſum Sancto Patri Guilielmo viuenti.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduę Trinitatis, &c. Cum trino, ſalutis remedio, orationibus, ieiunijs, & eleemoſynis fidelium, tàm viuorum, quàm mortuorum animas à tenebrarum pœnis poſſe liberari (diuina teſtatur pagina) iuſtum eſt, vt vnuſquiſque fidelium, dum ſuperſtes eſt, ad iſta animi intentionem ſummoperè aduertat, quæ ſi digna fiant, etiam defunctis proſunt, & adhuc in carne degentibus, ſi in finem vſque benè operando perſeuerauerint, (ſicut in Euangelio legitur) ſalus æterna promittitur: Nos itaquè Rogerius (diuina fauẽte Clementia) Rex Sicilię, Ducatus Apulię, & Principatus Capuæ audito frequentiùs, quod in Euangelio legitur; Abſconditè eleemoſynam in ſinu pauperum, & ipſa orabit pro vobis ad Dominum, ſalutem attendendo, Pater Sancte in Chriſto Guilielme Sãctæ

Ma-

Mariæ Montis Virginis Prælate,quia ſanctè, ac religiosè Dei ſeruitio ſine intermiſsione orando inuigilas, & tuis, tuæquè Congregationis Religioſorum ſanctis orationibus diuina præeunte miſericordia, releuari confidimus; iuſto voto, dignæquè petitioni tuæ pietate moti; quieſcere dignum duximus; Ea propter pro ſalute animarum Patris noſtri Comitis Rogerij, & Matris noſtræ Adelaſiæ, & Reginæ Aluiriæ beatarum memoriarum, cæterorumquè Parentum noſtrorũ, tàm viuorum, quàm defunctorum concedimus. . . . Sanctæ Mariæ de Buſſiniana;& tibi,tuiſquè ſucceſſoribus ſub Religionis Regula degentibus, liberè, & quietè in perpetuum habere,& tenere omnes . . . . & obedientias,atque earundem poſſeſſiones, quas poſſidetis, & hactenùs poſſediſtis, ſiuè deinceps poſſeſſuri eſtis; Auctoritate Regia prohibentes, ... quàm laicis auctoritati noſtræ ſubiectis, nè quis eorum inſanæ mentis furore pulſus, præfatas Eccleſias,obedientias poſſeſſiones, ac ſeruos Dei, vel ancillas Chriſti ibidem, ſiuè alibi, die, noctuquè continuis orationibus inſi-

ſtentes, & pro nobis, & Regni noſtri ſtatu omnipotentis gratiam interpellantes; ſiuè aliquos, vel aliquas, qui prænominatis Eccleſijs, vel tibi, vel ſucceſſoribus tuis ſpontaneè ſe contulerit, nullatenùs inquietare, vel moleſtare præſumat: Nec vllus . . . . .
de bonis earundem Eccleſiarum ſubtrahere, vel auferre ab eis aliquid exigere nullatenùs audeat: Propterea volumus, & præſenti Priuilegio ſancimus, vt ſi quis Prælatorum noſtrorum, ſeù Principum, Nobilium, ſiuè cuiuſcunque conditionibus prædictæ Sanctæ Mariæ de Buffiniana, & tibi, & ſucceſſoribus tuis charitatis ſuæ beneficium impertire voluerit, (ſaluo Regio Maieſtatis iure) liberè habeatis, & pacificè poſſideatis: Hoc autem conſtitutum pro ſalute prædeceſſorũ noſtrorum, peccatorum noſtrorum, hæredumquè noſtrorũ remedio fecimus. Si qua igitur perſona de Regno noſtro huic noſtro Priuilegio contraire tentauerit, centum libras auri Regali Curiæ perſoluat, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ quinquaginta; Quod ſi perſona de Regno noſtro non fuerit, quæ noſtra ſancita violare præſumpſerit, . . .

gla-

gladio feriatur, & omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti iram ſentiat ſempiternam; niſi reſipuerit, & congrua ſatisfactione correxerit Amen.

† Signum Guilielm Dei gratia Principis Taranti filii Regis. † Signum Guafr. Malſeo Venat. † Ego Robertus Mareſſen. † Signum Guilielmi Caputaſi. † Signum Sighin. Caſtell.



Datum Panormi per manus Magiſtri Thomæ

ſtentes, & pro nobis, & Regni noſtri ſtatu omnipotentis gratiam interpellantes; ſiuè aliquos, vel aliquas, qui prænominatis Eccleſijs, vel tibi, vel ſucceſſoribus tuis ſpontaneè ſe contulerit, nullatenùs inquietare, vel moleſtare præſumat: Nec vllus . . . . . de bonis earundem Eccleſiarum ſubtrahere, vel auferre ab eis aliquid exigere nullatenùs audeat: Propterea volumus, & præſenti Priuilegio ſancimus, vt ſi quis Prælatorum noſtrorum, ſeù Principum, Nobilium, ſiuè cuiuſcunque conditionibus prædictæ Sanctæ Mariæ de Buffiniana, & tibi, & ſucceſſoribus tuis charitatis ſuæ beneficium impertire voluerit, (ſaluo Regio Maieſtatis iure) liberè habeatis, & pacificè poſſideatis: Hoc autem conſtitutum pro ſalute prædeceſſorũ noſtrorum, peccatorum noſtrorum, hæredumquè noſtrorũ remedio fecimus. Si qua igitur perſona de Regno noſtro huic noſtro Priuilegio contraire tentauerit, centum libras auri Regali Curiæ perſoluat, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ quinquaginta; Quod ſi perſona de Regno noſtro non fuerit, quæ noſtra ſancita violare præſumpſerit, ...

gla-

gladio feriatur, & omnipotentis Dei,Patris,Filii,& Spiritus Sancti iram ſentiat ſempiternam;niſi reſipuerit,& congrua ſatisfactione correxerit Amen.

† Signum Guilielm Dei gratia Principis Taranti filii Regis. † Signum Guafr. Malſeo Venat. † Ego Robertus Mareſſen. † Signum Guilielmi Caputaſi. † Signum Sighin. Caſtell.



Datum Panormi per manus Magiſtri Thomæ

mæ Cappellani Regis octauo Kalen. Decembris, Indict. iij. Incarnationis Dominicæ Anno MCXXXX. Regni verò Regis Rogerii Anno Decimo.

Creſcente fama Sanctitatis Beati Guilielmi, innumerabiles ad eum concurrunt, & plurima vtriuſque ſexus ædificat Monaſteria.

CAPVT XXX.

EIus igitur Sanctitatis fama per Regiones crebreſcente, & prædicationis ſuę verbo perſonante, Viri relinquentes Vxores, filios, fratres, & ſorores, & ſeculares diuitias, ad eius Religionis Magiſterium gliſcenti animo conuolabant. Mulieres Virorũ reſpuentes connubia, ei ardenti deuotione adhærebant; Virgines nuptias ſpernentes, & abhorrentes Mundi oblectamenta, & Chriſto copulari cupientes, Sancti Viri Guilielmi conſortium flagranti deſiderio amplecti peroptabant: De vtroque ſexu tamen, Virorum,

rum,ſcilicet,& fœminarum(ſuperna cooperante gratia) plurima condidit Monaſteria, in quibus ductu, & meritis Beati Guilielmi Confeſſoris iugitèr laudatur, benedicitur, & glorificatur Sancta, & indiuidua Trinitas,Deus noſter,cui eſt honor, & gloria per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Sanctus Guilielmus imminẽtem ſibi mortẽ Regi Rogerio pręḍicit.

CAPVT. XXXI.

ANnis itaque iam octo à conſtitutione Monaſterij,quod ad honorem Domini,& Saluatoris condiderat, euolutis, ſui obitus diem vicinum eſſe præ noſcens, vehementi flagrabat deſiderio cum prænominato Rege Rogerio, ſicut ſolitus fuerat, habere colloquium; videlicet, nè priùs è vita excederet, quàm de iuſtitiæ patrocinio ſibi commiſſę Regiæ affabilitatis prudentiam admoneret, eumquè ſuæ Sanctitatis exhilararet pręſentia; Nemo namquè ſuis tempo-

ri-

ribus ipſi fuerat carior, nemo acceptabilior, nemo, cuius vnquam apud Regiam dignitatem tanti conſtaret auctoritas; Vbi ergo de eius aduentu certo comperit Nuntio; ſub omni celeritate properans ad Regem Salernum perrexit; Poſtquam igitur de ſuo aduẽtũ auribus Regis innotuit, illicò per ſuum Cancellarium, & Ammiratum honorificè eum ad ſe duci præcepit; Cum autem iam iuxta Cameram ſuam illũ adeſſe cognouit, de ſolio ipſe cõſurgens, (depoſito diademate) obuiam ſalutauit, eumquè per manum acceptum, vſque ad locum, quo erat ſeſſurus perduxit: Omnibus ergo ſilentibus, talibus eſt Vir Dei exorſus alloquijs: Prout veſtra Rex nouit prudentia, frequentèr te tanquam filium viſitare conſueui, frequentèr te admonere curaui, & ad memoriam tuam reducere ſtudui, quatenùs temporalibus bonis ita vtaris, & tuo ſic præſideas Regno, vt æternorum nõ oblitus, tota cordis intẽtione Chriſto ſolo deſeruias; Nil tuis viribus, nihil moribus, nil diuitijs, nil tuo ingenio, nil tuæ ſtrenuitati, ſed ſoli Deo aſcribas; ipſe eſt enim, per quem Reges regnant, & conditores

res legum iuxta decernunt;Hic,quod habes tibi ſubdidit Regnum,& de omnibus hoſtibus triumphare conceſſit, & te in pace cuſtodiens, tuum Regnum augere non ceſſat: Nunc idem Rex moneo,idem repeto,& vltima vice inculco, nam, nec ad te vlteriùs veniam,nec ſi pro me veneris, poteris inuenire: Et Rex: Quid eſt Pater, quod audio? Quid eſt, quod ſancto profers ab ore? nunquid indignationis feruore talia loqueris? Si quid in ſanctitatem tuam deliqui, paratus ſum emendare,& veſtrę Sanctitatis conſilijs libentiùs obtemperare: Et Sanctus; Nulla eſt Rex indignatio;nulla eſt cordis commotio, plura ſuper hoc tibi fari prohibeor. Tu ergo ſecundum prudētiam cœlitùs tibi collatam,quæ ſint dicta concipias,æquitatis,& iuſtitiæ,ſicut hactenùs(Domino auxiliante) fuiſti defenſor, & tutor, diligentiùs etiam, (ſi potes)de cœtero patronus exiſtas;Honor etenim Regis,ſicut Pſalmiſta teſtatur, iuſtitiam diligit;Populum Dei tibi ſubditum cōmendo,fratribus, & ſororibus meis à nemine in tuo Regno iniuriam fieri permittas; quatenùs de tranquillitate, & pace tui Re-

gni,in quiete manentes, Deum valeant obſecrare: His dictis à Rege,& ſi inuito,licentia petita,ad Monaſterium repedauit.

Tempus ſuæ mortis Sãctimonialibus ſuis etiam Beatus Guilielmus prænunciat.

CAPVT XXXII.

SEquenti die,peracto Sacro, Conuentum Sanctimonialium eſt ingreſſus; & ſoluto Capitulo ab hora prima vſque ad tertiam de continẽtia,& diuini amoris feruore egregius Prædicator eas admonuit;Ad vltimum verò ſui ſermonis, id ſubdere non eſt oblitus; Sorores, & filiæ vſquè nunc (Deo volente)vos,vt meliùs potui,cuſtodiui;ſi benè,Deo cõgratulor; ſi malè,mihi contriſtor; nunc autem valdè admoneo, vt à modo inſtantiùs contra antiqui hoſtis inſidias vigiletis, nullam præteriti temporis ſecuram reddat victoria, nullam præteritæ vitæ triumphus oblectet;ſed potiùs audiat;

Nè

Nè glorieris in craſtinum; neſcis enim quid venturus pariat dies: Non eſt quippè nobis colluctatio aduersùs carnem, & ſanguinem, ſed aduersùs Principes, & Poteſtates, aduersùs Mundi huius rectores, & tenebrarum, aduersùs ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus; Magnis deniquè inimicorum circundamur agminibus; omnia plena ſunt hoſtibus, qui cum multa poſſideant, ea pro nihilo computantes, quæ diuini iuris ſunt, abſorbere deſiderant; Volunt quemlibet ſeducere, Saul Regem à Domino electum, & Iudam Apoſtolum ſupplantare; Vnde de Diabolo legitur, eſcæ eius electæ; & alibi, Abſorbebit fluuiùm, & non mirabitur, & habebit fiduciam, quod influat Iordanis in os eius; Ideò cariſſimæ mihi in Domino vos admonere tantoperè ſtudeo, vt omni diligentia corda veſtra cuſtodiatis, meum enim iam conſiliũ, & ſolatium in proximo deficiet: Quo audito ingementes Sanctimoniales interrogant, cur talia diceret? Cùm enim præcipuè ſanũ, & incolumem eſſe viderent: Ad quas, & ipſe; Nolo vos filiæ latere; nolo in occulto vobis habere; Tempus inſtat, tẽpus propè eſt,

in ſequenti hebdomada conſumato curſu mei laboris, ad brauium ab æterno mihi deſtinatum felici paſſu perueniam: Quod poſtquam ſanctæ mulieres percipiunt, intimo cordis dolore perculſæ, largis incipiunt fletibus ora perfundere, quarum lachrymas, & dolores nequiens Venerabilis Vir paternæ pietatis viſceribus tolerare, ad eis eſt, petita licentia, egreſſus.

Infirmitas, & obitus Sanctiſsimi Patris Guilielmi.

C A P V T XXXIII.

DIe verò ſequenti dolore capitis laborare cœpit; ſeptimo die ad Eccleſiam ſe duci, & ante crucem deponi fecit, vbi cum rogaretur à ſororibus, vt, vel pelliculas, quas ad pedes habebant, ſubſterni permitteret, nec audire voluit, prohibẽs, vt nec etiam poſt mortem veſtri ſibi aliqua mutaretur; Sequenti nocte ad Galli cantum Venerabilis Cõfeſſor Chriſti carnis ereptus erga-

gaſtulo, ad Regna Cœleſtia Domino vocante migrauit: Anno Dominicę Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo; Regni verò Rogerij Illuſtriſſimi Regis duodecimo, Indictione quinta, ſeptimo Calendas Iulij; Ad cuius exequias multitudo maxima populi concurrit; In qua Mulier quędam peruenit, quæ per multum temporis auditum amiſerat, hæc meritis eius confidens, digitum eiuſdem Sãcti Viri in aurem ſuam miſit, & mox auditum recepit. Huius Beati Viri Sacratiſſimum Corpus in eadem Eccleſia Sancti Saluatoris de Guleto, vbi mortuus eſt, reconditũ fuit ſub Altare marmoreo in Aedicula ad ſiniſtram partem ipſius Eccleſiæ paulò poſt eius mortem ab Agnete Abbatiſſa Sanctimonialium erecta, ipſiquè Beato Viro dicata, & in marmore vtriusque arcus Ædiculæ ad perpetuam rei memoriã hoc Epitaphium, reperitur incisũ.

Clauditur hoc opere Homo Sanctitatis;
Per quem Chriſto redolent flores honeſtatis,
Is in terris extitit Cultor Trinitatis,
Et Amicus vnicæ veræ Deitatis.

Cæ-

Cœnobita Regulus Guilielmus eſt vocatus,
Modò, qui cum ſuperis gaudet laureatus;
Carnem inops domuit gratia ditatus;
Qui nunc æternis epulis conſtat inuitatus;
Auxit hanc Baſilicam Agnes Abbatiſſa,
Huic ſacrum tumulo Corpus locat ipſa.
Hic laudes, officia redduntur, & miſſa,
Nos Deus ad præmia ducat repromiſſa.
Hoc opus eximium Vrſus laborauit;
Iſtud ſuis digitis Artifex parauit.
Huius loci Populum ille, qui creauit
Suis ducat meritis, cum quò locauit.

Miracula patrata poſt mortem Sãctiſsimi Patris Guilielmi in eodem vetuſtisſimo Codice litteris Longobardis deſcripta.

De puella Nuſcana paralitica curata.

CAPVT XXXIV.

ANno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo cẽteſimo octo-

ge-

geſimo quinto;quadrageſimo autem tertio ſuæ migrationis anno, menſe Aprilis, quod per Sancti Viri merita Omnipotens Deus ex alto proſpectãs patrari ſua ineffabili pietate dignatus eſt; Orthodoxis omnibus in Matris Eccleſiæ gremio conſtitutis, qui Sãctorum virtutes exempla deuotè imitantes, animos ad ſublimia Regna ſubſtollere ſatagunt, charitatis ſtudio intimare curamus, quatenùs ad amorem noſtri Conditoris ardentiùs ferueant, & Sanctorum Magnalia alacri animo tripudiãtèr extollant. Erat igitur quædã Nuſcanæ Ciuitatis indigena, quæ orbata vtroq; parẽte remanſerat domi cum vterina ſorore ſua ſe iuniore, omni deſtituta ſolatio. Huic erat auia quędam anus, quæ licèt inops, & ægeſtate confecta, materno tamen affectu poſt parentum deceſſum vtrãq; neptem ſuſcepit in curam; Quadã verò die Vetula illa hortata eſt maiorem ſororem, vt cauſa deferendi olera ad vineam iret, quæ cum abijſſet, & ſe incuruaſſet, vt olus colligeret, ſuo infortunio ingruente, quadã ægritudine, quæ quaſi paralipſis videbatur, ſubitò tam grauitèr, & immoderatè inuaditur,
quod

quod nunquam ſimili modo aliquem in noſtris oris tam validè inuaſum tali infirmitate recoleremus; Nam totius vnius lateris mẽbrorum vim, & libertatem ita repentè amiſit, vt ea ſua nullatenùs deputaret: Itaq; dexteri lateris membra tremula, videlicet, humerum, brachium, manum, tibiam, pedem, cum mœrore ſic vegetabat; ac ſi alterius põderis veheret grauedinem; ſæpiſſimè uerò ægra manu, & pede agitando miſeros arctus ſe inuita corpus ſuũ impetuosè crebris ictibus percutiebat, nec quicquam ſe indè cohibere ualens, tanquam ſi alicuius extranei, pugnis, & pedis ictibus immoderatiùs feriretur, linguæ etiam officium non niſi impeditiori, & tardiori prolatione edere poterat; Per ſpatium uerò unius anni, & eo ampliùs, cum magno eiulatu ſe miſeram clamitans, ſuam infirmitatem miſerabilitèr baiulabat. Quorundam deniquè Sanctorum limina, ut ſui Dominus miſereretur expetierat, nec tãdèm obtinere ualuit, quod poſcebat. At ubi diuina clementia eius impatiens miſeria uoluit eam ad priſtinæ ſoſpitatis reparari officia, & Beati Guilielmi clariùs, & lucidiùs

præ-

prædicare magnalia, ſorori ſuæ iuniori mater per viſum apparuit dicens; Filia non nè graui ægritudine pręmitur ſoror tuà? Cui illa reſpondens, aiebat; ò Mater, vtinam diuino potiùs nutu diem clauſiſſet extremum, quam ſic vita comite permaneret; Et illa, ſi vultis, vt ad integrum amiſſam recuperet ſanitatem, et priorum membrorum ſuorum obtineat vigorem, Sancti Guilielmi Confeſſoris Chriſti quanto citiùs adeat tumulum, ibiquè excubias nocte una nobiſcum concelebret, Beati Viri merita implorantes, vt ſuo pio interuentu, Diuina Maieſtas ſui miſereri dignetur; Dominiciquè, Corporis, & ſanguinis Communionem feruentèr, & humilitèr in eius Eccleſia ſuſcipiat, & ſic Sancti Confeſſoris Domini precibus ſalute recepta, lętabundè exultantes ad domum cum gaudio repedabitis; Hęc illa dicente, ecce in eadem viſione apparuit eidem puellæ quidam Vir ſtatura mirabilis, uultu decorus, dicens ei; Surgite, & domũ meam adeuntes uiſitate, & Deo operante, ſoror tua ſaniſſima, & incolumis ad propria cum gaudio reuertetur; Et illa, & quis es tu

O Do-

Domine,qui mihi talia loqueris? At ille reſpondens,aiebat: Ego ſum Guilielmus fundator eiuſdem domus,& hęc dicens,ab oculis eius diſparuit; Igitur puella mane cõſurgens cũcta,quæ audierat, & viderat in ſomnis à matre,vetulæ ſuæ auiæ, & ægræ ſorori ſeriatim narrauit: Vetula denique hoc audiens,alicuius moræ impatiẽs, ad Eccleſiam Dei,quę ad honorem Sancti Saluatoris Ieſu Chriſti conſtructa eſſe conſpicitur, vbi corpus Beati Guilielmi quieſcit, cum vtraque nepte,ægra videlicet,& ſana citiùs venit, & iuxta ſomnij reuelationem coram eius tumba pernoctantes precibus,& lachrymis,cum ſuſpirijs, & ſingultibus Sanctum Dei depoſcere non deſiſtebant, vt ſuis interuenientibus meritis Omnipotẽtis Dei miſericordia ſibi ſubuenire dignaretur: Circa autem mediam noctis horam ægra puella parumpèr ſe ſopori dedit, & ex templo euigilans, ita incolumitati priſtinæ reſtitutam perſenſit, ac ſi nunquam cuiuſpiam infirmitatis moleſtia contacta,etiam tenuitèr extitiſſet:Mane autem facto ad Sacroſanctum Altare humilitèr accedens cum omni reuerẽtia Corpus,

pus, & Sanguinem Chriſti, per Sacerdotis manus accepit,& gaudens, atquè exultans Deo,& Sancto Guilielmo pro ſuę ſalutis reparatione gratias egit;& ſic ſoſpes,& gratulabunda cum Vetula, & ſorore ſua ad propria remeauit cum gaudio.

Mulier Terrę Paterni à Dęmonio miſerabilitèr vexata, ducta ad tumulum Sancti Guilielmi miraculosè liberatur.

CAPVT XXXV.

HVmanæ generationis deuotio, quę cultui noſtrę fidei,& actibus sãctitatis inſiſtit, tanto latiùs in diuinis erigitur laudibus, quãto ſacris omnipotentis Regis æterni virtutibus crebriùs illuſtratur. Poſt quam deniquè ipſe Deus Omnipotentis filius Ieſus Chriſtus Dominus noſter, imperio cuius omnia inclinantur, pro nobis uoluit ſe inclinare egreſſus à ſede, ſuperna noſtrę carnis Ergaſtula piè intrans, factus eſt pau-

per, vt nobis virtute pauperibus opem ferret, factus eſt æger, vt nos ab ægritudine liberaret; ſe pœnę tradidit, vt nos à pœnarum ſolueret cruciatu, dignum fore conſpicitur ſuis nos inſiſtere laudibus, & toto mentis conamine eius nomen mirificium aſſiduè debere venerari; Cui etiam non tantùm humanum genus ſub poteſtate tyrannica protoplauſti ſuperbia detentum in vinculis, placuit liberare; Verum equidèm tãtam eidem dignatus eſt gratiam impertiri, ut consors Sanctorum fieret Angelorum; Et vnde Angelus veneno repletus ſuperbię, veſte pulchritudinis, & gratię felicis exutus, Superna Maeſtate deiectus, ruinam meruit; innocentis Agni cruore redẽptum, eiusq; humilitatis exemplo inſtructum, illuc eleuaretur per gratiam: Ad hoc autem Angelorum conſortium tanto quis erigitur feſtinantèr, quanto renunciatis curis, huiuſque ſeculi dignitatibus, ſpretis carnis voluptatibus vniuerſis, ſibi Deo totis deſiderijs, totisquè viribus ſeruire plurimùm concupiſcit. Huius itaquè ſocietatis, & gaudij Confeſſor Domini Guilielmus cupiens particeps fieri, tanto

ſtudio,

ſtudio, tantaquè deuotione ab annis puerilibus Domino ſtuduit famulari, vt nihil præter victum tenuem rerum mundanarum, affectans Sanctorum Patrum veſtigia omni deſiderio imitari ſtuduerit. Cumquè felix principium, felix quęrat medium, & extremum, Cõfeſſor Domini felici principio per ſuę vitę medium ad finem duxit beatum. Vt non tantùm viuente corpore ſęuientis hoſtis virus in humanum genus fundentis à cõpluribus inuocato Chriſti nomine deijceret ſuperbiam, verùm etiam poſt ſui obitum quam plures ipſius venenoſi Draconis caſum humani generis ſitientis, crudeli detentos laqueo voluit ſui Confeſſoris meritis liberare: Anno itaquè ſuę migrationis centeſimo ſexto decimo miraculum, quod Omnipotẽs Dominus eius meritis oſtendere dignatus eſt, cum lingua carnis tãti creatoris laudes ſilere non debeat; opere pretium eſt, vt cunctis fidelibus eluceſcat. Erat eo tempore quædam mulier de Oppido Paterni, quæ propter humana ſcelera per plùres dies tam miſerabilitèr fuerat à Dęmonio fatigata; quod eam nequam ſpiritus comedere,

dere, vel bibere, nec nocte, diequè per vniùs momenti ſpatium quieſcere permittebat. Erat deniquè ipſius aſpectus deterrimus, lumina ſanguinea amaritudinis felle ſuffuſa, facies eius exhauſta, & velut fumi obſcuritas denigrata, ſpirandi, & reſpirãdi actio terribilis, & inordinata, cunctis ſpectaculum; et ad intuendum horribilis facta; Cumquè eam conſanguinei, ac uniuerſi eiuſdem noti ab immundo ſpiritu tam crudelitèr uexari conſpicerẽt, & hoſtem humani generis uoce terribili ſine intermiſſione clamantẽ audirent; Dei Confeſſoris Guilielmi precibus, & meritis diuina uolũtate confiſi, non ſine magno conamine ad Monaſterium, ubi pretioſiſſimum eius humatum eſt corpus, eandem miſeram conſtrictam uinculis adduxerunt: Statim autem, ut ad Sacrum Viri Sancti peruenit tumulum, illicò Dęmon ore mulieris præfatæ clamare cæpit, dicens, ſe Sancti Guilielmi uinci debere, & cõfuſum, atquè deuictũ à Dei creatura recedęre. Facto autem ſero, celebratis Dei Genitricis uigilijs, ſicut diù conſuetum extiterat, ſe totus Conuentus ad Chriſti miſericordiam impetran-

trandam pro tãto mulieris infelicis periculo cum lachrymis,& ſuſpirijs integra nocte in oratione proſtrauit. In qua deniquè nocte,quanta fecerit, quantaquè inimicus ille humani generis inſidiator dixerit, non eſt facilè declarare; Surgente uerò mane diuino Miſſæ officio,quod quolibet die Sabbati ad memoratę Virginis honorem,& gloriam canitur;iam incæpto, ſperans iniquus hoſtis Dei famulos à pia deuotione mouere, cæpit ore ipſiuſmet mulieris clamare,ſeruum Domini Guilielmum tantæ non eſſe potentiæ, ut eum,prout prius dixerat,extra poſſet eijcere. Et hæc dicens; ſtatim apparuit potẽtia Summi Dei;Quoniã mulier,quæ priùs oculos aperire nequibat,euertens caput, imaginem Sancti Patris aſpiciens,ad eam acceſſit; & tremebũda oſculari plurimùm ipſam cæpit;Inter hoc (omnibus admirantibus) mulier illa erexit oculos, Chriſti pretioſiſſimi aſpiciens corpus Sacerdotis manibus celebrantis officium eleuatum, diuina manu ab hoſte nequiſſimo penitùs liberata manus ad Cœlum pandens,lęta cum gaudio clamauit, dicens,laudetur,& glorificetur Deus,& eius

no-

nomen ſit benedictum in ſecula, quia rectè agnoſco, & ſentio iſtud eſſe corpus illius, qui pro noſtra ſalute de Cœlo deſcendit ad terras, incarnari, mori, & reſurgere tertia die voluit, qui aſcendit in Cœlum; & ſedet ad dexteram Patris, & venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, qui etiam me infelicem, & miſeram Beati Guilielmi Confeſſoris precibus, & meritis dignatus eſt ab hoſtili laqueo liberare; Cuius nomen ſit benedictum, & exaltatum in ſecula, ſeculorum; Et hæc dicens, lachrymas præ gaudio fundens, ſe tota die coram Sancti Viri tumulo in oratione proſtrauit: Altera autem die Sacerdoti confeſſa eſt; à cuius manibus omni deſiderio pretioſiſſimum Chriſti ſuſcepit corpus; Cūcti verò tantum, ac tale miraculum intuentes cæperunt excelſis vocibus laudare clemētiam Saluatoris, qui talia per ſuum famulum Guilielmum dignatus eſt operari; Ipſa verò exultans ingenti gaudio repedauit ad propria cum ſalute.

De

De puella Montis Marani à Dęmonio liberata meritis Sancti Guilielmi.

CAPVT XXXVI.

PAucis diebus interea poſtmodũ euolutis arduũ aliud,& inſigne miraculũ Almi Confeſſoris Guilielmi precibus piè pius Dominus voluit operari, quod ad laudem,& gloriam ſui nominis,& Sancti Viri merita declaranda iuxta meæ paruitatis ingenium, prout mihi gratia à datore dabitur gratiarum, cũctis fidelibus pandere minimè recuſabo. Erat eo tempore ferè annorum duodecim quędam puella Maranenſis, quæ ob rerum inopiam mũdanarum à domo ſuæ matris egrediens, Monticuli Caſtrum aduenit,ſperans ibidem ab aliquo beneficio charitatis ſaltèm à ſe depellere famis auſteritatem. Huius poſtquã pauperiem depreſsã nimiam quædam mulier lumine pietatis aſpexit, afflata diuino ſpiritu, eandem velut

nomen ſit benedictum in ſecula, quia rectè agnoſco, & ſentio iſtud eſſe corpus illius, qui pro noſtra ſalute de Cœlo deſcendit ad terras, incarnari, mori, & reſurgere tertia die voluit, qui aſcendit in Cœlum, & ſedet ad dexteram Patris, & venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, qui etiam me infelicem, & miſeram Beati Guilielmi Confeſſoris precibus, & meritis dignatus eſt ab hoſtili laqueo liberare; Cuius nomen ſit benedictum, & exaltatum in ſecula, ſeculorum; Et hæc dicens, lachrymas præ gaudio fundens, ſe tota die coram Sancti Viri tumulo in oratione proſtrauit: Altera autem die Sacerdoti confeſſa eſt; à cuius manibus omni deſiderio pretioſiſſimum Chriſti ſuſcepit corpus; Cūcti verò tantum, ac tale miraculum intuentes cæperunt excelſis vocibus laudare clemētiam Saluatoris, qui talia per ſuum famulum Guilielmum dignatus eſt operari; Ipſa verò exultans ingenti gaudio repedauit ad propria cum ſalute.

De

De puella Montis Marani à Dæmonio liberata meritis Sancti Guilielmi.

CAPVT XXXVI.

PAucis diebus interea poſtmodũ euolutis arduũ aliud, & inſigne miraculũ Almi Confeſſoris Guilielmi precibus piè pius Dominus voluit operari, quod ad laudem, & gloriam ſui nominis, & Sancti Viri merita declaranda iuxta meæ paruitatis ingenium, prout mihi gratia à datore dabitur gratiarum, cũctis fidelibus pandere minimè recuſabo. Erat eo tempore ferè annorum duodecim quędam puella Maranenſis, quæ ob rerum inopiam mũdanarum à domo ſuæ matris egrediens, Monticuli Caſtrum aduenit, ſperans ibidem ab aliquo beneficio charitatis ſaltèm à ſe depellere famis auſteritatem. Huius poſtquã pauperiem depreſſã nimiam quædam mulier lumine pietatis aſpexit, afflata diuino ſpiritu, eandem velut

ſpiritualem filiam ſui ſuſcepit in curã. Quadam verò die cũ hilaris, & incolumis cauſa lauandi iuſſu ſuæ ſpiritualis Matris ad flumen ſolito more pergeret, & nullã ſui corporis læſionem ſentiret: Subitò nequitiæ ſpiritus tumore ſuperbiæ à Cœlo depulſus, qui in caliginoſam huius aeris noctem humanis ſemper inſidiatur profectibus, tam eam crudelitèr vexare cæpit, quod omnes eandẽ videntes, timore, & admiratione perterriti, quid agere neſciebãt; Ipſa deniquè die infelix illa puella totum latus amiſit; & ſic vnius partis ſui corporis organa videbantur contracta, nec non etiam ab omni humore conſumpta, ac ſi ſpaſimoſam ægritudinem lõgo tractu temporis incurriſſet: Cumquè eam quam plures tã acritèr infirmari, & moleſtari à ſpiritu ſuperbiæ cõſpicerent, pietatis, & miſericordiæ ardore accenſi per diuerſas Sanctorum Reliquias, vt tãtæ afflictæ puellæ ſumma pietas miſericordiam elargiri dignaretur; eandem miſeram miſericorditèr perduxerunt. Cùm autem ſalutis gratia eidem miſerę negaretur, & de ſuæ liberationis remedio in eorum cordibus deſperatio

eſſet

eſſet orta, inſeiix rumor ad aures ipſius corporalis perueuit matris, actum tanti diſcriminis ignorantis: Quæ cum hoc audiſſet, dilaniata facie, ſciſſiſquè veſtibus quãto citiùs præcurrit, & infelicem natam infelix mater meliùs, pro vt potuit, in tanto periculo poſitam euſtodiuit. Cumquè mater etiam de ſalute ſuæ natæ fiduciam non haberet, & penitùs, quid ageret, ignoraret, eadem nocte Confeſſor Domini Guilielmus per viſionẽ apparuit puellæ, dieens; Noli timere filia, ſed ſurge quantò citiùs, & meum ſtudeas tumulum viſitare, & eris à cruciatu Dęmonis, & ab omni ægritudine liberata; Facto autem mane, quod vidit puella, potiùs nutu, quam voce matri ſtuduit declarare; Poſtquam autem, vt ad Dei Serui peruenit tumulum, ſtatim Dęmon ore ipſius puellæ ſe miſerũ eſse clamans, dixit, ſe Sancti Confeſſoris potentia expelli debere; Et puellam ipſius Cõfeſſoris Guilielmi auxilio ab omni ægritudine liberari: His autem auditis Sanctimonialiũ Conuentus ſe totus cum lachrymis, & orationibus in terra proſtrauit, & pro ſalute tãtæ infelicis puellæ cum Pſalmis, Hymnis, &

Canticis diuinam orare Clementiam minimè quieſcebāt. Inter hæc Dæmon ore puellæ, dicens, clamabat; Cur me pellis Cōfeſſor Guilielme? Cur me pellis? Et quò me ducere proponis? Et adiungens; Exuite puellam Chriſticolam, & eam veſtimentis veſtræ Religionis induite, & quæ fert indumenta per me multoties inquinata; igni tradite, nam ego, vt ignis comburor, & ante Guilielmi præſentiam amplius manere nō valeo: Statim autem, vt hoc extitit operatum (mira res) puellæ guttura cæperunt tumeſcere; lumina cruore repleri, labia, & facies, vndiquè denigrari, alta à corde ſuſpiria emanare, & ſintomata ab omnibus eiuſdē membris organicis amaræ mortis emergere. Enim verò, cum in tam ingēti periculo præfata puella conſiſteret, & cum ſputo ſanguinem corruptum, nigrumquè emitteret, ei miſericordia non defuit Saluatoris, Sancti Confeſſoris Guilielmi precibus adiuuata extitit à cruciatu Dæmonis, & ab omnī membrorū contractione, & ægritudine ſubitò liberata Cūcti verò, tanta, ac talia cernentes miracula Domino, & Sancto Guilielmo expanſis ad

Cœ-

Cœlum manibus gaudio, & admiratione repleti immenſis vocibus laudes, & gratias reddiderunt. Ipſa verò puella vnà cum cæteris ſecum venientibus Ieſu Chriſti magnalia collaudãtes, felici repleti lætitia cum ſalute ad propria repedauit. Ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cũ Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

OF-

Digitized by Google

OFFICIVM SS. PATRIS GVILIELMI ABBATIS

Olim in Eccleſia

MONTIS VIRGINIS

In eius Feſto recitari conſuetum.

In eodem Vetuſtiſsimo Codice litteris Longobardis deſcriptum. Et antiquitatis ſeruandæ ſtudio hic inſertum.

Ad Veſperas Antiphona.

SErue Dei Guilielme tuis interuentibus noſtras culpas dele piè, quo Sanctorum Cętibus valeamus intereſſe deuotis mentibus.

Pſalmi.

Dixit Dominus. Confitebor tibi Domine. Beatus Vir. Laudate pueri Dominum.

Capitulum.

COllaudabunt multi ſapientiam eius, & vſque in ſeculum non delebitur, non re-

recedet memoria eius,& nomen eius requiretur à generatione in generationem.

Reſponſorium.

O Pie Confeſſor votis Guilielme faueto, atque tuis precibus nobis concede iuuamen.
Iudicis, vt faciem mereamur cernere læti.
Cum iuſtus veniet dare digna quibuſq;
Iudicis,vt faciem mereamur cernere lęti.
Gloria Patri,&c.
Iudicis,vt faciem mereamur cernere læti.

Hymnus ad Vesperas.

PAx æternalis vnica gignentis,
Lux filialis, Amor procedentis,
Omnium rerum Trinum Vnum verum
Numen æternum.
Ad te clamamus,opem flagitamus.
Pangere digna, pietas benigna,
Nobis adeſto præſens in hoc feſto,
Lucis origo.
Quo Guilielmus curſum definiuit
Æthere ſcandit, moriendo viuit,
Regnat in Cœlis ſemper ipſe felix
Omnibus Sanctis.

Fla-

Flamine ſacro penitus afflatus
Terrea ſpreuit, Decus, & Primatus,
Luce ſerena rutilat amena
Sobrietate.
Vrſum à fonte monitis deiecit,
Marmor à binis bobus ferri fecit,
Quod trahi trinis paribus bis binis
Loco nequibat.
Lupus Aſellum deuorat errantem,
Quem quærens Pater inuenit edentem
Lupum alligat, Aſini labores
Mox expleturum.
Conſtruit Cellas Patribus, vt omnes
Deo ſeruirent, Virginiſquè Matris,
Parat ingentem Aram in honorem
Cœlicolarum.
Monte Laceni Dominum conſpexit;
Ipſo tenore, quo in cruce vixit,
Sui honoris domum Saluatoris
Facere iuſſit.
Hic Templa multa Domino conſtruxit,
Virginis Primum; inde Saluatoris,
Virginum iſtud, illud Monachorum
Vertice Montis.
Nocte candela domum viſitauit;
Prece

Prece mariti coniugem curauit,
Muro defixa,quam tulerat ipſe,
Mane viderunt.
Hortulo Lupi Aprum fugauerunt,
Anachoritæ iuſſis paruerunt:
Natam curauit;Pater,vt optauit,
Morbo lunari.
Illo,qui caput iaculo percuſſit,
Laruam obſexum procul ire iuſſit,
Plaſma diuinum fecit aqua vinum
Hic Guilielmus.
Cœlo ditatus humerum curauit,
Manus,& latus opem erogauit,
Ægræ puellæ ſubuenire velle,
Somnis oſtendit.
Prunis extenſis ſtratum præparauit
Igne ſuccenſis,Ganeam vocauit,
Vt ſecum ſtaret,pati quod amaret,
Ipſe rogauit.
Cœlici ciues nocte adhæſerunt
Famina ſacra plurima tulerunt,
Roget,vt ipſe Dominum obnixè,
Petimus omnes.
Summa ſit laus gloria parenti.
Genito ſemper ſit,& procedenti.

Digitized by Google

Numini Trino Vnico Diuino
Nunc,& in æuum. Amen.
℣. Ora pro nobis Sancte Pater Guilielme.
℟. Vt digni efficiamur ꝓmiſſionibus Chriſti.

Ad Magnificat Antiphona.

SAncte Guilielme Confeſſor Domini Diuinæ Maieſtatis interpelle pro nobis clementiam, vt noſtrorum peccatorum deterſa erugine, tecum in futuro gloriemur in Cœli Palatio. Magnificat, &c.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus cunctorum ſplendor fidelium, qui electum Beatiſſimum Guilielmum Cõfeſſorem tuũ tibi mirabilitèr inhærere feciſti, eiuſq; dogmate populi multitudinem fidelitèr adunaſti; concéde propitiùs, vt quæ in ſe ſtuduit agere, & quod doctrina diuinitùs contulit, exequi mereamur. Per Dom. noſtrum, &c.

Ad Matutinum Inuitatorium.

ADore mus Dominum; Qui Beatum hodie Guilielmum ad Cœleſtia Regna tranſuexit.

Hym-

Hymnus.

DEus Sanctorum vita,lux tuorum,
Trinitas Sancta Vnitas immenſa,
In Confeſſoris laudibus benignus
Semper adeſto.
Hic mundum ſpernens, & ſuperna petens,
Mortuus mundo viuens,& in Chriſto,
Cœlicum ſemper opus egit piè
Munere dignum.
Hoc vitæ ſolum talitèr tranſiuit,
Quod vitiorum fluctus non eſt merſus,
Imò beatæ ſanctum portum vitæ
Contigit almum.
Miraculorum coruſcauit luce,
Quæ nos canentes Deo iubilamus,
Qui Sanctos ſuos refulgere miro
Præſtitit actu.
Concio tota mira geſta canat,
Quæ fecit Sanctus pius, & Confeſſor,
Anachorita, Vir Iſraelita,
Florida Palma.
Quidam,dum fractum brachium haberet,
Aliquod opus facere nequiret.

Digitized by Google

Sanum Confeſſor Chriſti Guilielmus
Reddidit illud.
Splendet à Monte domus alta nimis
Flatu diuino,ſic ædificata,
Vt mirum cunctis eſſe videatur
Semper in æuum.
Antra,dum montis coleret Laceni,
Videre Chriſtum meruit Beatus,
Ibiquè iuſſa ſibi ſic impleuit.
Prorſus ab illo.
Ipſius iuſſis templum illud ſtruxit
De Saluatoris nomine vocatum,
Virginum ſponſo,vbi copulatur
Virgo Sacrata.
Sit Trinitati Deus,& poteſtas,
Honor,& virtus Monadi beatæ
Per infinita laus ſit ſeclorum
Seculi. Amen.

In primo Nocturno.

Antiph. A teneris annis Chriſti famulus Guilielmus contempſit mundum, Domini pręcepta ſequutus. *Pſalm.* Beatus Vir.

Antiph. Ferrea vincula ſibi circundans,membra domabat;à vitijs liber, virtutum mune-
re

re plenus. *Pſal.* Quare fremuerunt.

Antiph. Aſpera veſtis ei fuerat; veſtigia nuda; ſic patiẽs, ſupplex viſebat limina ſacra. *Pſal.* Cum inuocarem.

Antiph. Tendere, & Apuliæ ſtatuit feliciter Arua. Felix, quæ tantum ſuſcepit terra patronum. *Pſal.* Verba mea.

Antiph. Contentus modico tenuabat corpus aceto, gratia cœleſtis eius ſacra corda repleuerat. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

Antiph. Crux ſibi deliciæ fuerat, Crux gloria ſumma; poſt mortem vita fruitur omne per æuum. *Pſal.* In Domino confido.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum.

Lectiones primi Nocturni ſumuntur de Vita Sancti Patris Guilielmi.

℟. j. Præclarus Guilielmus ortus Natalibus, morum nobilitate præclarior, cœleſtia mente volutans, huiuſq; Mundi tranſitoria ritè deſpiciẽs; Æternorum flagrabat amore. *Verſ.* Nullis vnquam iocis applicuit animũ, oble&amenta quæque contemnens; Æternorum flagrabat amore.

℟. ij. Dum Sanctitatis propoſitum Confeſſor

feſſor Domini Venerabilis puer proſequitur, ad quemdam hoſpitaturus ſe diuertit, qui dum nimio amore vincitur, quod Sanctus petierat erogauit; Eius vehementèr in Domino admiratus conſtantiam. ℣. Circulis quidem ferreis corpus eius Sanctiſſimum circũplexus eſt faber. Eius vehementèr, &c.
℟. iij. Ardentèr cupiens loca tendere humanę Redemptionis, Ieroſolymã properans (Domino miſerante:) In Apuliam peregrinus aduenit. ℣. Affectans plurimum loca videre ſalutis: In Apuliam, &c.
℟. iiij. O piè Confeſſor votis Guilielme faueto, atque tuis precibus nobis concede iuuamen. Iudicis, vt faciem mereamur cernere læti. ℣. Cum pius, & iuſtus veniet dare digna quibuſq; Iudicis, vt faciem, &c. Gloria Patri, &c. Iudicis, vt faciem, &c.

In ſecundo Nocturno.

Antiph. Filia diſpenſans cœci veſtigia Patris, Solem iuſtitiæ flexis genibus rogitantem, ſolis ad ardorem Guilielmum vidit adeſſe.
Pſal. Domine quis habitabit.
Antiph. Cumq; domum repetit tenebris miſe-

ſerandus opacis; Cõfeſtim lumen Guilielmo orante recepit. *Pſal.* Domine in virtute tua.
Antiph. Per iuga Laceni gradiens Confeſſor, & orans. Aſpexit Chriſtum, cuius flagrabat amore. *Pſal.* Domini eſt Terra.
Antiph. O nimis excelſa, nimis admiranda poteſtas. Imperat ille feris ferre præcepta iubentis. *Pſal.* Cantate Domino.
Antiph. Regna Cœli cupiens multis comitãtibus ire; Exemplis, verbis, virtutum dogma docebat. *Pſal.* Dominus regnauit.
Antiph. Sancte Guilielme Confeſſor, & Monachorum Pater, noſtris adeſto precibus clemens, & propitius. *Pſal.* Cantate Domino 2.
℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et oſtendit illi Regnum Dei.
Lectiones ſumuntur de Vita S. Patris Guilielmi.
℟. v. A ſomno cœcus euigilans miſerandus obſitus tenebris: Domum remeat, Benedictione accepta. ℣. Cumq; domum ingreditur, lumen, quod amiſerat clariùs recepit. Benedictione, &c.
℟. vj. Ardore nimio Sancti quidem itineris, dum ſacris Viri monitis non vult præbere aſſenſum, omni mora depoſita, mox accepta licentia, iter aggreditur. ℣.

℣. Cùm autem iter faceret, multis eſt affectus verberibus: Iter aggreditur.

℟. vij. Omnem ab infantia Dei Seruus exoſus carnis ſuperbiam, ferream indutus chlamydem, Viriliter membra domabat. ℣. Vt ergo ſecurus euaderet tela nequiſſima, crucem pro Domino geſtabat aſſiduè: Viriliter membra domabat.

℟. viij. O Guilielme Pater famulorum ſuſcipe vota, noſquè tuis precibus Feſtum ſolemne colentes; Commenda igitur Chriſto, cui placuiſti. ℣. Pectore deuoto nos, vt ſeruire queamus; Commenda iugiter, &c. Gloria Patri. Commenda iugiter, &c.

Ad Cantica Antiphona.

Monachorum Dux, & Confeſſor Domini Guilielme, ſupplicantum famulorum exaudi precamina, tua ſemper illis Sancta tribués ſuffragia, vt horrendis nos erepti pœnis de tartareis, tecum Pater collætemur in æternis gaudijs.

Canticum Eccleſiaſt.

Beatus Vir, qui in ſapientia, &c.

℣. Iu-

℣. Iuſtus vt palma florebit.
℟. Sicut Cędrus Libani multiplicabitur.
Lectio Sancti Euangelij ſecundum Mattheum cap. 19. d. 27.

IN illo tẽpore dixit Simon Petrus ad Ieſũ: Ecce nos reliquiinus omnia. Et reliqua.

Lectiones ſumuntur de vita Sancti Gulielmi.

℟. jx. Per montem Lacenum Venerabilis Pater deambulans, cuius vehementi flagrabat amore, Chriſtum aſpexit, eiuſquè pedibus prouolutus; Talibus interpellat colloquijs. ℣. Plaſmator omnium Deus, quem Virgo Sacra concepit, tua me virtute confirma. Talibus interpellat.

℟. x. Filiam Pater lunaticam ingenti aſpiciens fatigari periculo, paternæ pietatis motus viſceribus: Per Confeſſoris merita eius ſalutem implorat. ℣. Cuius vota Dominus clementèr ſuſcipiens, confeſtim eam à periculo liberauit. Per Confeſſoris, &c.

℟. xj. Dum Sancti Viri corporis diſſolutionem imminere, eo prædicente, Chriſti Virgines accipiunt, intimo cordis dolore perculſæ: Vberioribus lachrymis miſerabilitèr ora profunderunt. ℣. Paternis viſceribus

earum nequiens audire lamenta, ab eis diſceſſit. Vberioribus,&c.

℞. xij. Virtutum meritis Domini Confeſſor amande, ſic noſtris precibus: Noſtros abſolue reatus. ℣. Vt tibi coniungi mereamur in æde polorum. Noſtros,&c. Gloria,&c. Noſtros,&c.

Te Deum laudamus.

Euangelium legitur vt ſupra.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, *Vt ſupra in Veſperis.*

Ad Laudes, & per horas.

Antiph. Mundanis pompis renuntians ab infantia, Cœlorum Guilielmus eſt adeptus Palatia. *Pſal.* Dominus regnauit.

Antiph. Charitatis nimio ardore accenſus, acceptabile ſe Deo obtulit holocauſtum. *Pſal.* Iubilate Deo.

Antiph. Ad Agni cupiens nuptias honoris admitti, innumerum Domino populum congregauit. *Pſal.* Deus, Deus meus.

Antiph. Inſignis ſiquidem meritis, & virtute præ-

præclarus, in mundo plurimis coruſcat miraculis. Benedicite.
Antiph. Animarum Medicus Venerabilis Pater exiſtens, ſalutem etiam corporibus erogauit. *Pſal.* Laudate Dominum de Cœlis.

Capitulum.

COllaudabunt multi, *Vt in Veſperis.* ℟. breue. Amauit eum Dom. Et ornauit eum. ℟. Amauit, &c. ℣. Stolam gloriam induit Deũ. Et ornauit. Gloria Patri. Amauit.

Hymnus ad Laudes.

HAc Feſta die Sancti Confeſſoris
Deus laudetur, cuius in conſpectu
Exultant iuſti, iugiterquè canunt
Cantica laudum.
In quo lætatur Sanctus Guilielmus
Clarus Confeſſor, qui per nomen eius
Vrſum turbantem ſępè ſibi fontem
Voce fugauit.
Aquam conuertit pariter in vinum,
Eius ad vocem Dęmon eſt fugatus,
Et res curauit Clinicus inſignis
Ipſe potentèr.

Ipſe de luna morbum nuncupatum
Mirè curauit, dum puellam ſanam
Reddidit indè, fecit, & per Chriſtum
Multa beatus.
Eius ad vocem eſt extinctus ignis
Minans iacturam, ardor magnus ſuæ
Fidei vicit flammas ignis huius,
Et vitiorum.
Deo dicata fecit loca multa,
In quibus Patri Chriſtus immolatur,
Et peccatorum venia donatur
Fonte renatis.
Precibus Chriſte tui Confeſſoris
A nobis cladem pellas, & languorem
Meritis eius ſemper adiuuemur
Hic, & vbiquè.
Ergo nos Sanctum rogitemus omnes
Impetret pius nobis, vt à Chriſto
Pacem, & tutos hoſtibus à cunctis
Annuat eſſe.
Deum laudemus trinum nunc, & vnum
Cum Patre, natum Pneuma ſimul ſanctum,
His tribus vnus honor ſit, & virtus
Omne per æuum. Amen.
℣. Ora pro nobis Sancte Pater Guilielme.
℟.

℟. Vt digni efficiamur ꝓmiſſionib. Chriſti.

Ad Benedictus Antiphona.

O Confeſſor Domini Guilielme Sanctiſſime, qui æternæ claritatis lumine inter Sanctorum agmina lætus perfrueris, ſupplicitèr depoſcimus, vt pro ſuis famulis tua feſta colentibus Patrem veræ lucis implores.

Oratio.

DEus, qui Beati Guilielmi Cōfeſſoris tui venerāda ſolemnia iucūdātibus animis nos celebrare concedis, tribue quęſumus, vt eius interuenientibus meritis, æternæ feſtiuitatis gaudijs facias intereſſe. Per Dom. &c.

Ad Tertiam Capitulum.

COllaudabunt multi, &c.

℣. Ora ꝓ nobis Sācte Pater Guilielme.

℟. Vt digni efficiamur ꝓmiſſionib. Chriſti.

Oratio.

Vt in Primis Veſperis.

Ad Sextam Antiphona.

Ad agni cupiens, &c.

Ca-

Capitulum.

DIlectus Deo,& hominibus,cuius memoria in benedictione eſt,ſimilē illū fecit in gloria Sanctorum, magnificauit eum in timore inimicorum,& in verbis ſuis mōſtra placauit.

℣.Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.
℟.Et oſtendit illi Regnum Dei.

Oratio.

ECcleſiā tuam quęſumus Domine ſereno vultu reſpice,& Beati Guilielmi Cōfeſſoris tui adiutam ſuffragijs,ab omnibus eam defende periculis. Per Dominum, &c.

Ad Nonam Antiphona.

Animarum Medicus.

Capitulum.

GLorificauit illum Dominus in cōſpectu Regū,& iuſſit illi coram populo ſuo,& oſtendit illi gloriam ſuam;in fide, & lenitate ipſius Sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.

℣.Juſtus,vt palma florebit.
℟.Sicut Cedrus Libani multiplicabitur.

Ora-

Oratio.

BEati Guilielmi Cõfeſſoris tui quæſumus Domine intercessionibus adiuuemur, vt qui Maieſtatis tuæ clemẽtiam grauitèr delinquendo offendimus, eius glorioſiſſimis meritis, noſtrorũ delictorum veniam conſequamur. Per Dominum, &c.

In ſecundis Veſperis Antiph.

Mũdanis pompis, &c. *Cum reliquis de laudibus.* *Pſal.* Dixit Dominus, &c. Cõfitebor tibi, &c. Beatus Vir, Laudate pueri, &c.

Capitulum.

COllaudabunt, &c.

℞. breue. Amauit eũ Dominus, Et ornauis eum. Amauit, &c. ℣. Stolam gloriam innuit Deũ. Et ornauit. Gloria Patri. Amauit.

Hymnus.

REgis immenſi gratiam deuotè
In Confeſſoris laudibus manentes,
Nos inuocemus, ipſe noſtra Deus
Augeat vota.
Huius Beati Guilielmi vita
Extitit, ſequi teneris ab annis.

Sa-

Sacra mandata Ieſu Chriſti ſemper
Mente deuota.
Inde Sanctorum gratia repletus
Greſſibus nudis felix viſitabat.
Humilis corde pius, & benignus
Limina ſacra.
Eius ad preces piæ quidem vitæ
Ferreis faber circulis gratantèr
Eſt circumplexus quoſdam arctus ſui
Corporis almi.
Plebs tua Chriſte huius Confeſſoris
Precibus almis ſorde liberetur,
Et mereatur ſecum puro corde
Scandere celſa.
Sit Deo Patri, natoquè Poteſtas,
Virtus, & Decus Spiritui Sancto;
Per infinita ſeculorum ſimul
Secula. Amen.
℣. Ora pro nobis Sancte Pater Guilielme.
℟. Vt digni efficiamur ꝓmiſſionib. Chriſti.

Ad Magnificat Antiph.

O Diuinæ pietatis admiranda potentia, qui inter Beatorum ſpirituũ agmina ſuper Cœ-
li

li faſtigia Guilielmum hodiè ſuum famulũ eleuauit; eiuſquè Sancti nominis memoriã propagauit in terris, hanc totis viribus diligamus, hanc dignis iugitèr extollamus præconijs.

Oratio.

LArgire nobis quæſumus Omnipotens, & miſericors Deus Beati Guilielmi Cõfeſſoris tui dignè memoriam venerari, vt tuę Maieſtati placere poſſimus, & eius ſemper patrocinio muniamur. Per Dominum noſtrum, &c.

Sequentia.

Ad Miſſam Sancti Patris Guilielmi in eodem Codice antiquo deſcripta.

IN æternæ Regno Vitæ
Supernorum genus mite
Laudis cantet modulis.
Chorus noſter colat ritè
Sancti Feſtum Cœnobitæ
Guilielmi nobilis.
Qui Lombarda gente natus,
Iam parentibus orbatus
Eſt à pueritia.

A malignis reuocatus
　Sperniт mundum,& reatus,
　Sitiens Cœleſtia.
Pede nudus vnica
　Tantum tectus tunica
　Pro Religione.
Viſitauit limina
　Sanctorum,& crimina
　Vicit in agone.
Charitate faber ſoſpes
　Sancti prece ſtruxit hoſpes
　Binos ferri circulos.
Qui cingant ventrem,& pectus
　Sancti; cuius erat lectus
　Terra propter æmulos.
Potus aqua, cibus panis
　Huius erat,de Melphanis
　Idiotam docuit.
In ſoliculo Caſtello
　Cœco patiens miſello
　Lumina reſtituit.
In Monte Virgilij
　Magni Vir conſilij
　Eccleſiam ſtruxit.
Lupus deuorat errantem

Aſel-

Aſellum,& paſcentem,
Inde huius opus explet,
Vrſo Sanctus imperat,
Nec ad fontem properat,
Quem priùs deſtruxit.
Sibi Chriſtus in Laceno
Corporali viſu pleno,
Quem orabat patuit.
Ad laudem Regis cunctorum
Domum,fratrum,& ſororum
In Guleto ſtatuit.
Suam præſciens,qui mortem
Monialium cohortem
Sacra docens monuit.
Et miraculis infandis
Factus Vir virtutis grandis.
Cœli Regna petijt.
Ergo precemur grandibus
Guilielmum cum precibus
Anachoritam.
Vt ſuis nobis meritis
Sit rectitudo tramitis,
Iam ad vitam.
Guilielme Pater care
Pro nobis Deum precare

Prece

Prece ſemper ſedula.
Abbatiſſam,& Conuentum
Regnum ducat ad potentum
Saluando per ſecula.
Amen.

FINIS.

Digitized by Google

V I T A
S. I O A N N I S
A M A T H E R A

Apuli Socij Beatiſſimi

PATRIS GVILIELMI
V E R C E L L E N S I S

Poſtea Abbatis Fundatoris Cœnobij Sanctæ Mariæ de Pulſano in Monte Gargano.

S C R I P T A A B A N O N Y M O

Monacho eius Æquæuo.

Et ex Vetuſtiſſimo Codice litteris Longobardis exarato in lucem adita.

NEAPOLI, Typis Camilli Caualli M.DC.XXXXIII.

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

PROLOGVS

IN VITA S. IOANNIS A MATHERA

ABBATIS PVLSANENSIS.

QVi verba Diuina ſuo ſenſu præſumit dicere poſſe, conatur fluuium retro conuertere contra impetum inundãtium aquarum improuidè. Vndè Spiritus Sanctus per Prophetam ait; Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei; Ergo qui proprio impetu, imò ſuperbia ſuæ voluntatis ſpiritus impetum reflectere voluerit, ſtultus,& inſipiens eſſe probatur; Vnde quidam Sapiens: Non eſt ſapientia, non eſt prudentia,non eſt conſilium contra Deum; Implorãda eſt ergo Diuina clementia,vt quæ aperuit os Aſinæ, quò humana verba proferret, & linguas infantium fecit eſſe diſertas, & quæ mundauit labia Prophetæ aliquantulùm maculata de cohabitatione populi polluti igne de Altari ſublato; Et quæ docuit Ieremiam ætate puerum, ſapientia ſenem,

qui ſe neſcire aſſerebat, ſicut ipſe dixit, Ecce neſcio loqui Domine, quia puer ego ſum, & quę dicit: Aperi os tuū, & ego adimplebo illud; ipſa per inclitæ pietatis miſericordiam os noſtrum aperire dignetur, vt vitā, actuſquè Sanctiſſimi Ioannis Pulſaneſis Eccleſiæ Abbatis rectè, ac veracitèr deſcribere faciat ad laudem, & gloriam nominis ſui; Et quod de ſcientiola, quæ parua, vel nulla eſt, aggredì nullatenùs audemus, efficaces reddat, atquè valentes ad obedientiæ munus.

Explicit Prologus.

Digitized by Google

Beati Ioannis ortus, & patria, qua adhuc puer, relicta ad quoddam Monaſterium ſecedit, vbi magnæ humilitatis, & abſtinentiæ dignoſcitur, ac famę afflictus, cœlitùs conſolatur.

CAPVT PRIMVM.

IGitur Beatiſſimus Ioannes Eremita, moribus egregius, Parentibus non Regalibus genitus, Apulia Prouincia, Ciuitate Mathera oriùndus fuit, cui tantam gratiam contulit Deus, vt in ipſa ſua pueritia virificam Eremum concupiſceret; gratia namquè Dei ſuo pectore nimium feruente, quæ omnes, quos replet, ardèntes facit, quod concupierat quantociùs ad effectum perducere feſtinauit. Quadam verò diè cùm familia diuerſa proſequerentur opera, Patrefamilias iubente, iſte, vt erat iam mundò ferè vacuus, Deoq; plenus, equis dimiſſis, aſellum

lum arripuit, Genitoribus renitentibus, nè tali filij equitatione dehoneſtaretur; illis inuitis ad Inſulam, quę iuxta Tarentum ſita eſt, aufugit, ibiquè veſtibus, quibus vtebatur exutus, viliores, quas habere potuit indutus, manſit ibi aliquanto tempore incognitus; Parentes verò eius miro affectu circa filium tenebantur; Erat enim eleganti facie, venuſto aſpectu, ingenio ſingulari, pręclaræ indolis, per Prouinciam totam, Ciuitates, & Caſtella ſingula eum quærebant, & quærere faciebant; nec tamen (diuina protegente gratia) cognoſcere valuerunt: Prænominatus autem puer Ioannes vili, & aſpero iudumento contentus ad Monaſterium, quod in Inſula illa Tarentina erat, aduenit, ibiquè pauperis habitu aſſumpto, victum pro Deo quæſiuit, ac ſe ouium cuſtodem eſſe intonuit: Illi verò cum in alendis ouibus curam habuiſſent; ſuorum animalium cuſtodiam ſub magna ei uerborum interminatione tradiderunt. Qui alacris effectus humilitatis præcedentium Patrum Iacob, & Dauid recordatus, illud etiam Euangelium; Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, pertractans,

ctans, lętabatur magis abiectus eſſe, in domo Domini, quàm habitare in tabernaculis peccatorũ. Poſt humilitatem quidẽ ita pollebat abſtinentia Beatus Ioannes, vt odio haberetur à quibuſdam fratribus, quod eorum aſpernabatur æpulas. Demum quoniam rogatus à fratribus communitèr conuiuari renuit, inuidia quoſdam excitante, ipſum panem, quem expectabat, vel in victu interpellatum ſumebat, vel nullatenùs, vel adeò parum præbebant, quatenùs omninò ſumere nõ valeret; Vndè cum quadam die famis periculo anxiaretur, & qui ei ſolam micam tribueret, non inueniret, aliquantulum mœroris, & moleſtiæ cœpit eius mentem vexare, cum nullam doctrinam, vel leuamen admonitione, ſeù exemplo ab aliquo hominum poterat habere; Dùmq; cum ipſe ſic interiùs afficeretur, ac dùm tota intentione Deum precaretur, vox cælitùs ad eum ita repentè intonuit; Quid mœrore, aut triſtitia affìceris Ioannes? pro minimo imò pro nullo computandum eſt humanum auxilium, vbi præſens noſcitur eſſe diuinum; nè timeas igitur, quia ego tecum ſum: His verbis

Vir

Vir Dei mirabilitèr conſolatus,cæpit ſecum tacitè illud reuoluere, quod per Pſalmiſtam dicitur. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

Ab Inſula Tarentina pergit Calabriam, inde Siciliam in vaſtiſſimam Eremũ,ibique frigida aqua pro lecto vtens, ſepè etiam varias Dæmonum illuſiones ſuperat.

CAPVT II.

TVnc ad Monaſterium rediens, indè caſu ad maris ripam veniens, lintrem inuenit,à cuius Gubernatore, cum cauſam, ac etiam tempus ſciſcitaretur, ad cauſam reſpõdit, de tempore ſiluit, & quod pro eo, vt deportaret aduenerit, indicauit: Mox Iuuenculus nauem ingreſſus, in finem Calabriȩ eſt delatus, ibiquè ieiunium duplicare cæpit,ita vt poſt duos dies non niſi ſemel re-

reficeret,iamquè etiam triduum,aut quatriduum vix ſemel reficiebat; paruoquè tempore poſt tranſiuit vſquè Siciliam ad vaſtam, & inhabitabilem Eremum , & manſit ibi per maius duorum annorum ſpatium,atquè ibi quam arduam, & ſtrictam egerit vitam, tacere meliùs puto, quàm aliquid dicere; Eodem namquè (licet inuito)referente cognouimus, quia parcus erat ei de fonte,ſtrictusquè potus; in cibum autèm nihil aliud, ſumpſit pratèr amariſſimas ficus ſiluarum, & herbas agreſtes , lecti verò quietem non in terram humidam habebat,ſed in aquam frigidam,& vt ſomnolentiam expelleret,vſquè ad gulā ſe immittebat;illic etiam corpore fune circumplexo, ad truncum firmato iugitèr pernoctabat: Hoc verò non ſeriatim, ſed intercepto ſermone agebat, cum aliorū deſidiam argueret, & meliorem,atquè eminentiorem vitam prouocaret, ſtatimquè ſecum paulò poſt reprehendebat, dicens, factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis: In prædicta nimirū aquarum pernoctatione multimodas, & varias Dœmonum illuſiones, ac etiam paſſiones tamdiù æquanimitèr ſub-

V ſtulit,

ſtulit, donèc ipſi ſe victos, ac inualidos clamitarent; Illum congreſſum Beati Antonij in famulum Dei Ioannem Dęmones innouabant, formis diuerſarum beſtiarum aſſumptis; Dabant in eum rugitus Leonum; Serpentũ ſibilos; Taurorum mugitus; latratus Canum; & quidquid arte nocendi contra ipſum inſtaurare poterant, ſępe deuicti ſatagebant; Sed quia interiùs erat mirabilis conſolator, fruſtra cedebat ſe exteriùs Verſipellis, & callidus ille Tentator; Cumquè Vir Dei nimijs afflictionibus carnem ſuam domuiſſet, & cum uitijs, & concupiſcentijs ita eam crucifixiſſet, rectè cum Paulo dicere poterat. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, nè cum alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar; Et mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

Diuino admonitu Genuſium in Apuliam proficiſcitur, iuxta domum ſuorum parẽtum incognitus moratur, & ab omnibus eius

ſum-

summa abſtinentia, & ſapientia admiratur.

CAPVT III.

TAndèm diuina voce admonitus Genuſium (quo parentes eius pro guerra diſceſſerant) aduenit, ibiquè iuxtà domum parentum, immò antè domum eorum per duos annos cum dimidio incognitus taliter fuit; Per quinque enim menſium ſpatium nullũ penitùs potum ſumpſit, nec alius ei cibus fuit, niſi ficus ſilueſtres, & mirtus grana, quæ vulgaritèr mortellas vocant; per totam (quippè per biennium, & dimidium) vitam nullum omninò verbum de ore ſuo egreſſum eſt, niſi quod ſiſcitanti nutrici ſuæ, an ipſe eſſet, quem nutrierat; Ioannes reſpondit, quieſce, ſum etenim; Quo tẽpore ſic ex toto carnem, cum ſanguine amiſerat, vt vix tenuiſſima cute eius oſſa regerentur: Hoc verò exp'eto tempore, ita Spiritus Sancti gratia eum ſapientiæ, & ſciẽtiæ ſermone repleuit, vt nullus ſic facũdus, nullus

lus ita diſertus, vel eloquens repertus fuerit, qui potuiſſet ſapientiæ, & ſpiritui, qui per ipſum loquebatur, reſiſtere. O quanti, fratres mei, acutiſſimi, & ingenioſiſſimi Dialectici, qui ſuis callidis, & ſophiſticis argumentationibus proprijs Magiſtris incutiebant terrorem, confuſi, & contempti à facie huius Sãcti Ioannis diſceſſerunt; Quanti Oratores, quanti Iuriſperiti optimè perorantes, & cauſam ſuam legalitèr patrocinantes erubeſcẽtes, & verecundi illum Dei famulum dereliquerunt, confitentes, & clarè dicentes, ſe non humanis, ſed diuinis rationibus ſuperari; Aiebant, non enim tu es, qui loqueris, ſed ſpiritus Dei, qui loquitur in te; Mirabantur omnes, quia quandoquè ſic alta, vt capi non poſſent, loquebatur; aliquando ita ſuauia, ac dulcia, vt omnium mentes reficeret, illum imitans, qui ſapiẽtiam perfectis loquebatur; paruulis autem lac dabat, non eſcam, quoſdam quidem increpans, alios arguens, pleroſq; vt pius paſtor obſecrans, omnibus omnia fiebat, vt omnes ad Chriſtum deduceret; perſonas autem hominũ nõ ſuſcipiebat, ſicut nouerat Magiſtrum ſuum perſonarum acceptorem non eſſe. Ec-

Eccleſiam Beato Petro Apoſtolo dicatam apud Genuſium miraculosè reſtaurat.

CAPVT IV.

EOdem tempore Beatus Petrus Apoſtolus per uiſum venerabili apparuit Ioãni,& dixit ei, viriliter age fili, quia multa tibi debentur pro Chriſti certamine: Eccleſiam, quæ per milliarium ferè diſtat ab Oppido Genuſij, quæquè in meo nomine conſtructa eſt, vt adeas præcipio, & quæ ibi deſtructa ſunt, reſtitue, & quę non ſunt, tuis iuſtis laboribus acquire, vt ad Dei, & mei honorem poſſint ibi diurna, & nocturna officia celebrari; His dictis Vir Dei expergefactus, de viſione Apoſtoli ſollicitus, ad locũ perrexit, vbi præcepta Apoſtoli proſequens (diuina gratia cooperãte) diuerſis in vnum collectis perſonis, ad vſum pauperum non modicam aggregauit ſubſtantiam; Vbi cum in diuerſis officijs muri neceſſariò eſſent inſtau-

ſtaurandi,& ob tàm calcis, quàm lapidum penuriam ædificari non poſſent, præcepit quibuſdam, vt tali loco excauarent, vbi lapides inuenirent abundantèr, & alio in loco, vbi calcis copia adeſſet affluentèr, qui iuſſa complentes,ſine etiam magno labore, quæ Vir Dei prædixerat,largitèr reperierũt, cuius rei teſtes sũt,& Genuſini ferè omnes, & infiniti homines, qui pro reuerentia, & miraculo magnam partem prænominatarũ rerum aſportauerunt, & apud ſe cum reuerentia,& timore honorificè condiderunt.

Animam cuiusdam ſui calumniatoris videt à Dęmonibus ad inferos deferri.

CAPVT V.

VEnerabilis itaquè Vir Dei cum omni tempore diuinis obſequijs mancipatus eſſet, tribulationes, perſecutiones, & anguſtias à Diabolo,& mẽbris eius quotidiè tolerabat;vt enim dicit Scriptura. Multę tri-

tribulationes iuſtorũ, & de omnibus his liberauit eos Dominus:& alibi.Qui piè volũt viuere in Chriſto, perſecutionem patiũtur. Vndè cùm quidam,qui de mũdo erat, odio eum haberet maximo, & ſuis eum iugitèr infeſtaret iniurijs,& exprobationibus, ac calumnijs turpitèr conuiciaretur; ſic deindè terribilitèr eſt punitus;Quodam die ſummo diluculo duo Dœmones animam quandam portantes, ei apparuerunt, quos intuens famulus Dei,ſtare iuſſit,& cuius eſſet anima, quam deferrent, interrogauit, at illi ſtantes, nominatim ei dixerunt,illius eſt,qui te pluribus laceſſiuit iniurijs, & modis quibus potuit tibi cõtrarius extitit; nunc verò Dei iudicio,& tuam, & aliorum iniuriam vindicamus; Ille uerò data eis eundi licentia lachrimabilitèr pro culpis eius, maximè in ſe cõmiſſis,preces fudit ad Dominũ,& ſciſcitans, quid de tali Viro contigiſſet; nunciatum eſt ei,quod eſſet mortuus, & inuenit eum ea hora de mundo exiſſe, qua Dœmones conſtat apparuiſſe.

Falsè accuſatus de theſauro inuento Beatus Ioannes, diù maceratur in carcere, à quo tandem mirabilitèr liberatur.

CAPVT VI.

HIs itaquè peractis, accuſatus eſt Dei famulus Roberto Comiti, qui tunc præerat illi Prouinciæ, quod in prædicta terrarum foſſione infinitam auri, & argenti multitudinem reperiſſet; Præfatus autem Comes iniquis perſuaſionibus aſſenſum citò attribuens, auaritiæ flammam mente concipiens, iuſſit hominem Dei deprehendi, & res Eccleſiæ publicari, eumquè acritèr ligari, & in carcerem detrudi; Ipſe quippè uerborum Apoſtoli Petri nõ immemor, hęc omnia æquanimitèr tolerabat; Ipſum quoq; egregium Prædicatorem ad mentem reducens aiebat, ego autem non ſolum alligari, ſed, & mori paratus ſum pro ueritate, quæ Chriſtus eſt; Conuerſus autem ad eos, qui

eum nimium affligebant, ait eis; Vobis fratres Domino veſtro condoleo,qui nec dum, quod de me expetiſtis,non conſequimini; ſed hic temporalitèr, & in futuro, niſi reſipueritis,æternalitèr puniemini;Illi verò verba Viri Dei etiam aure corporis audire dedignantes,catænas, & vincula ei adhibentes, niſi eis, mora omni remota, theſauros tribueret,viuũ inſupèr minabantur comburere; Vir autem Dei quamuis ſtrictus dictis compedibus teneretur; uerbum tamen Dei in ore eius alligatum non erat,ſed magis eos uerbis ueritatis urebat interiùs, quàm ipſi eum poſſent torquere exteriùs; Vincula uerò, quæ impij ob uerborũ partim iniuriam, partim ob flammam auaritiæ ei duplicabãt, ac triplicabant, & acriùs quàm poſſent innodabant,omnia enodata, aperta,& quaſi liquefacta reperiebant: Cumquè nimia carceris maceratione eſſet affectus,& de carcere,cum poſſet,nõ eſſet egreſſus, diuina eum miſericordia, quæ maximè in tentationibus præſtò eſt,Angelica uiſione blandè conſolatur,dicens; Quid hic amplius moraris Ioannes? patiẽtia tua,quæ ſoli Deo cognita erat,

modò hominibus eſt manifeſta, ſurge, & quò tibi Dominus oſtenderit, vade, quia tibi nullus hominum obeſſe poterit; Moxquè vinculis omnibus abſolutus, Sole meridiem faciēte, liber venit ad oſtium carceris, quo patefacto, per medium cuſtodum, & inimicorum ſuorum trāſiens, nullus ei, cum omnes clarè viderent, nocere, vel tenere eum eſt auſus; In ipſo quoq; itinere prædicti Comitis, nuncios obuios habuit, qui multa mala ſibi iam irrogauerant, & ad plura irrogāda adueniebant, tunc quaſi incognitum, & nunquam viſum, prætererierunt.

Ex Apulia Beatus Ioannes Capuam profectus, inde ad Montē Lacenum, Sācto Patri Guilielmo Vercellenſi aſſociatur.

CAPVT VII.

DE omnibus in carcere toleratis, ac inde de mirabili eius liberatione Venera-

rabilis Vir Ioãnes Deo immenſas gratias referens, ex Apulia diſcedere diſpoſuit, & Capuam vſquè peruenit, ibiquè diuina reuelatione cognouit, quod in prædictam Prouinciam Apuliam eſſet rediturus, & quod multum populum vtriuſque ſexus ſui admonitione, & exemplo Deo fuiſſet acquiſiturus; pluresquè cœcos illuminaturus. Perſpecta igitur reuelatione, Dei voluntate ad quemdàm Dei ſeruum, iam dudùm ab eo Genuſij cognitum (Guilielmum Vercellenſem nomine) audita eius miraculorum fama in Monte Laceno, in quibuſdam tugurijs habitantem adijt; de cuius aduentu Vir Dei Guilielmus tanto repletus eſt gaudio, tantoquè exultauit tripudio, vt illi immenſas gratias referret, quod eius præſentia viſitari meruiſſet: Dei autem famulus Ioannes, cognita Guilielmi Religione, & ſanctitate, fraterna charitate illì aſſociari petit, & cum eo deuotus habitare incępit; ſed quoniã futura, quaſi præſentia prædicabat (quibuſdam euolutis diebus) dixit ei, vt illas manſiones relinqueret, & ad alia loca, in quibus laborem ſuum saluũ habuiſſet demigraret; Ipſe verò Guiliel-

lielmus,in tugurijs illis plurimùm fatigatus, habilitatequè loci abſtrictus,& illectus,multum graue accepit, quod à Sancto Viro audiuit,eiuſquè verbis aſſenſum minimè præbuit;Habitantibus igitur in præfato Monte Laceno Dei ſeruis,omni ſtudio, omniq; conatu diuino ſeruitio , ieiunijs .ſ. orationibus, vigilijs, ac carnis macerationibus vacabant. Interea quadam die apparuit eis Dominus Ieſus Chriſtus in ipſamet forma, qùa paſſus eſt,confortans eos,& multa reuelans, ac inſupèr præcipiens , nè moram ibi facerent,ſed ab eo loco ſecederent; alibi enim, ſubiungens, eſſe ſibi neceſſarios pro ſui ſeruitio,& animarum ſalute,Guilielmum ſcilicèt in Occidente, & Ioannem in Oriente; nihilominùs adhuc ibi permanentes: ecce, cum ſpiritualia colloquẽtes quadam die ſederent, omnia tuguria ab igne vaſtari conſpiciunt; ſicquè loco illo ab eis demiſſo,in partes Tricarici Ciuitatis,in locũ, qui Mons Cuneatus dicitur,aduenerunt; ibiquè (Cellula conſtructa) in Dei ſeruitio diù ſimul permanſerunt.

A Mon-

A Monte Cuneato Beatus Ioannes Barium progreditur, ibiq; falſò de hęreſi, & blaſphemia accuſatus, innocens dimittitur.

CAPVT VIII.

IGitur Beatus Ioannes memor reuelationis, & præcepti Dei, quod ſcilicet pro ſuo ſeruitio, & animarum ſalute in Orientalibus partibus erat neceſſarius; Vale, faciens ſuo ſocio Guilielmo, à Monte Cuneato Orientem verſus direxit greſſus ſuos, & Barium peruenit; vbi vitia increpans omnium, ſuadebat ebrioſis ſobrietatem, libidinoſis caſtitatem, diſcordantibus charitatem; Deniquè Vir per omnia Euangelicus vitia omnia execrebatur, virtutes ſuper Cœlum efferebat, cuius ſaluberrimo odori, quidam (erroribus relictis) viam veritatis capere geſtiebant; Quidam autem inuidiæ facibus ſuccenſi, non ſolum verba vitæ cōtempſerunt, verùm etiam hæreticū, & blaſphemum

mum apud Epiſcopum, & Primates Ciuitatis eum accuſarunt,& diffamarunt, ita,vt cũ Apoſtolo dicere poſſet; Alijs ſumus odor vitæ in vitam; Alijs ſumus odor mortis in mortem. Illudq; Euangelicum de Chriſto; Alij enim dicebant, quia bonus eſt, alij non,ſed ſeducit turbas. Inualuit tamen pars iniquorum, & in corpore iuſti ad tempus dominari permittitur;Vndè Scriptura dicit; Terra data eſt in manus impij; Ita,vt eum caperẽt, & velut maleficum, atquè hæreticum antè Epiſcopum,& Sacerdotes vinctũ ducerent; vbi cum varijs afficeretur cõtumelijs, & Virum vrere minarentur,nunciatum eſt Principi Ciuitatis, qui miſit ad eum duos de Sapientibus ſuis explorare, vtrum ſi infidelis, & hæreticus eſſet, vt à Sapientibus intimabatur; Illi verò audientes, & interrogantes, inuenerunt hominem Dei ex toto Euangelicum, & in nullo à ſana doctrina diſcordãtem (quo Princeps comperto) iuſſit hominem Dei abſolui, & liberum quocũque vellet dimitti,& Sacerdotum eorum,qui bona, quæ dicunt,facere renuerunt, inuidiam increpauit: Vir autem Domini gaudens,& hi-

laris

laris ibat a conſpectu eorũ, quia dignus erat pro Chriſto cõtumelijs affici, & aiebat illud Apoſtoli Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis in Regno Dei cum Chriſto, & Sanctis eius.

Infirmæ ad mortem puellæ ſanitatem à Deo impetrat Beatus Ioannes.

CAPVT IX.

TEmpore hoc quoque quo Viro Dei apud Barium ab iniquis Sacerdotibus ingens perſequutio immineret, quidã Principis Cãcellarius eius parti fauebat, oraquè inimicorum veris aſſertionibus oppilabat, & in eo, quod poterat ſeruo Dei ſe obſequi præparabat; Cùm enim de honeſtate, atque Religione Abbatis altrinſecùs altercaretur, Nuncius ſubitò aduenienſ, ait, de tuæ neptis amantiſſimæ buſto melius faceres, ſi cogitares; Audiens hic inſtans necis periculum

lum ſui ſanguinis,tam trucem,& lugubrem vultum protinùs indicauit,ut in eius faciem dolorem animi legere poſſes. Abbas uerò compatiens affectum oſtentans, cum eò domum perrexit,& ad infirmam uſque deducit,& petijt; Quæ cum uocis uiam intercedente rancore interclauſam haberet, ac reuolutis oculorum orbibus timorem alijs incuteret, manu innuit omnes foras egredi, ipſequè ſolus cum ea manẽs, per dimidium ferè horæ orauit ad Dominum, danſquè illi manum,in lectulo fecit ſedere,& an aliquid in cibum uellet ſumere, leniter conſuluit, quæ cum diſcreta uoce cibum quæreret, & Deo,ipſiquè gratias ageret, perſonas ingredi,ipſiquè miniſtrari ſuauitèr præcepit; Introeuntes autem utriuſque ſexus homines, eamquè in lecto ſedere intuentes, diſcretaquè uerba fari audiẽtes, in Viri Dei immenſa prçcònia magnis uocibus proclamabant, eiquè contradicentes flammis exurẽdos fatigabant; Seruus autem Dei nè alicuius inanitatis uento in quamlibet partem declinaret,clanculò in aliam, quam Deus veheret, regionem ſtatim diſceſſit.

A Ba-

A Bario Genuſium reuertitur;indè ad Montem Garganum perueniens, Incolis illis ſiccitate diù afflictis,pluuiam à Deo impetrat.

CAPVT X.

DIuino tandèm ductus ſpiritu famulus Dei Ioannes. Vndè Apoſtolus ait. Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege, fratres, quos Genuſij dimiſerat reuiſere decreuit;quo ex more benignè ſuſcepto,ingẽti gaudio ſunt repleti, pro ſummo ducentes emolumento, ſi eius aſpectibus fruerentur. Ioannes verò nomini alludens,gratia Dei repletus, tunc præcipuè hominem in Chriſto lætari debere aſſerebat,cum huius ſeculi flagellis,ac tunſionibus intùs, extraquè tunditur;quia leue,& modicum huius tribulationis, immenſum, & æternum gloriæ pondus comparatur, proficientibus autem timorem maiorem,quia cum promotione virtutum, timor, qui permanet in ſeculum,augeri de-

bet;quantò enim magis diligimus Deũ, tantò magis timendum eſt, nè amittamus. Diù perſiſtentibus ſuperbiam ſummoperè cauere debere,quod eſt initium primum recedẽtibus, quia initium omnis peccati eſt ſuperbia,vltimum redeuntibus, quia,cum omne initium ſit ſuo fine contentum , iſtud ſuos fines egreditur: Præmaximè enim cuſtodiẽdum eſt,& in bonis: Omni igitur cuſtodia, fratres mei,cor veſtrum ſeruate,& veſtimẽta veſtra toto annixu candidata,vt animã,& corpus integra, & immaculata ſeruetis,& in die illa prçſẽtetis, vt cũ Deo iugitèr gaudere poſſitis;quia ſi pœna eſt intolerabilis his,qui Deum,qui eſt ſummum bonum,non guſtauerunt,qua pœna illos dignos decreueritis, qui guſtatum amiſerunt? Vndè dicitur; Nè pereatis de via iuſta.

His,& alijs admonitionibus adhortati, & ad Chriſtum aucti,& augmentati Deo,& illi grates immenſas referebant,ac nè ab eis diſcederet,humilibus precibus flagitabãt. Vir autem Domini non quod vellent, ſed quod Dominus iuberet,facere diſponens, Baſilicã Sancti Michaelis Archangeli ſitam Garga-

ni

ni aduenit,ibiquè ad eum aduenientibus, vt Deo Opimus,verba vitæ cœleſtis,tàm voce, quàm opere miniſtrauit.Qui cum cognouiſſent Virum Deo plenum,cæperunt humilitèr poſtulare ſuffragium, qualitèr ſterilitatis aquarum peſtem repellerent, & inundantiã ſolitam habere potuiſſent;Si ſalubritatis, inquit famulus Dei,monita accipere gliſcitis, & ſi meo communicare conſilio abſque cũctamine volueritis, per gratiã, & miſericordiam ſuam,opitulabitur Deus (meaquè paruitate mediante)exhibebit,quæ indigetis. Populi verò iubilantes, ac tãti Viri pręconia prædicantes,pręrogatiuam eius,ſanctitatẽq; commemorabant. Ille verò Vir Sanctus iubet populum cõuenire in vnum, & die Dominica conſilio præſtolata recipere, & humilitèr Deum exorare, vt miſericordiæ ſuæ infinitatem eis dignaretur emittere: Populo igitur collecto, ac pro audiendi compendio foras egreſſo, non enim valebant in Ciuitate præ mulierum,& puerorum turba adeſſe; Aperuit Dominus os eius,& ait, Viri fratres, & ſorores,ibi noſcimus eſſe affectum patris diligentis, vbi rimamur verbera corrigẽtis,

ad hoc,namq; arguit,vt emẽdet,ad hoc caſtigat,vt ſanet; Deponite ergo vitiorũ ſarcinã, & accipite monimenta uirtutum, & cõuertimini ad Dominum, quia ipſe conuertetur ad uos: Pro hac afflictione præcipua, ſuper qua in præſenti laboratis, iubemus Canonicis Sancti Michaelis Archangeli, quatenùs ſemetipſos examinent,& pœnitentiã agant, quia pro cuiuſdam Canonici notabili peccato, tota Garganica Ciuitas iſtud ſiccitatis malum patitur; Populus uerò ad Cœlum tollens clamorem, iſtius flagitij flagitabant auctorem,ut flammis comburendũ traderent, & iram Dei ſic mitigarent: Homo autẽ Dei Ioannes, pro vt erat manſuetiſſimus,dixit: Non mox peccanti dignè mors datur,ſed in iniquitatis propoſito permanenti vtriuſque mortis animaduerſio iure promulgatur; ſi enim Deus peccatorẽ ſtatim occideret inimicum, vndè poſteà faceret amicum? Ita enim ipſe dixit. Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur,& viuat; Cõuertatur ergo,& viuet; & me per triduũ à vobis diſcedente,eoquè veraciter pœnitẽte, & Cœlum vobis pluuiam,& terra ſolita exhibebit grami-

mina;Quod ſi ipſe (quod abſit) diabolo inſtigante oſtinatus fuerit, & Dei medelam ſuſcipere renuerit, ego veniam, & per Epiſcopum ipſum vobis oſtendam, & dignum dignè vobiſcum puniam, & Dei non minùs nanciſcemur miſericordiam: Ille autem,qui huius rei cõſcius erat, timore correptus pœnitentiam egit,& de terra abſceſſit, & pro verbis Viri Dei tantam eis pluuiæ abundantiam protinùs Deus conceſſit, vt qui priùs pretio ab alijs,poſtmodum gratis exhiberẽt: Tunc populus magno repletus gaudio, grates,& gratiarum actiones Deo,& illi Sancto Viro examuſſim referebãt.Ipſe verò ne quid per rerum elationis exceſſionem ſuam mẽtem attigiſſet, eos dumtaxat videre renuit, quos ſe honorare quærentes nouit: Quò diſcedere volente,quibus ſe inuitãtibus, & nè diſcederet poplitibus flexis orantibus,dixit: Non enim fratres mei,ab eis diſcedo,quorũ animos noui cõiunctos Deo, potiùs ad obedientiam Dei,& æmulationem noſtram vos præparate,& me diſceſſiſſe nuntiari credere nolite, opere pretium eſt namquè, me per decennium in hoc corporeæ molis carcere

de-

degere, & his in partibus non minimam turbam vtriuſque ſexus ad ſeruitium Dei adunare.

Reuelatur Beato Ioanni locus, nomine Pulſanus, in quo conſtruit Monaſterium.

CAPVT XI.

EO autem ferè per vnum annum moram faciente ad Eccleſiam Sācti Michaelis reuertitur, eiquè hęſitāti, quid agere deberet, talis diuinitùs oſtenſa eſt viſio: Pluribus namquè ei circumſtātibus apparuit mulier reuerenda vultu, Religione ſerena, & manu, quo ire, & Eccleſiam ædificare deberet annotauit; Cumquè mulier firmè per medium horæ ante eum ſtetiſſet, & nutu, ſignoquè Crucis, quid agere deberet, docuiſſet, quidam iuuenis proceræ ſtaturæ, aſpectu terribilis, caput erigens vltra cuiuſdam feneſtræ altitudinem, ſignificauit, vt ad eum regrederetur, & cum ipſo proficiſceretur.

tur. Quò clarè perſpecto circumſtantes ſtipulatur inſolitum, an aliquod tunc, cum ad matutinorum officium adeſſent, perſpexiſſent; Illi quippè, vt nihil viderant, nihil ſe vidiſſe aſſeruerunt. Ille verò eis, qui iam ſibi ex animo adhęrebant, matutinalibus officijs celebratis, qua parte ire præcepit, & ad locũ, qui Pulſanus dicitur rectiſſimo tramite aduentauit. Quò ibidem morãte, & gratia Dei, quæ præceſſerat ſequente, ita paruo in tempore inualuit, & excreuit in perſonis, perſonarumquè alimentis, ut inexpleto anni dimidio, qui cum ſex dumtaxat perſonis aduenit, ſocijs, pluſquam quinquaginta cum earũ neceſſitatibus dimanciparet; Ita namq; Garganicæ Ciuitatis populus tunc locum cum finibus ſuis frequentabat, ſicut ſolet Baſilica cum turbis fidelium certis temporibus condenſari; Eodem namquè tempore ex oraculo diuino Beatus Ioannes acceperat, ut quæcunque perſona potens, uel impotens, magna, uel parua monaſticum habitum ab eo exigeret, abſque hæſitatione ei tribueret; Vndè puerorum etiam nobilium deliciarũ ſuauitates, parentum blanditias deſerẽtium in-

inchoationis ſuę tempore frequens ad eum concurſus fiebat, ut per eum Dominus dicere uideretur; Sinite paruulos uenire ad me, talium eſt enim Regnum Cœlorũ. Tanta igitur ueneratione dignus Vir Dei habebatur, ut quicunque eius ueſtigijs prouolui, quicunque eius ueſtigia tangere, quicũque eum, uel uidere potuiſſet, felicem, ac beatũ ſe clamitaret. O fratres mei, quanti uarijs detenti languoribus, ualidis anhelantes febribus, immundis ſpiritibus uexati, lumine priuati, membrorum ariditate contracti, priſtinæ ſanitati per eius ſanctitatem, & merita ſunt reſtituti. Quod ſi cuncta, quæ per eum Dominus fecit, conarer enarrare miracula, atque ſtylo perſtringere, quæ in eo largitèr geſſit diuina clementia, humanæ vocis inſtrumenta potius annullarentur, quàm hæc ad effectum perducere poſſem: Quis vnquã tanti Viri eminentiam extollere poterit, qui ferè in cunctis ſuis actibus, & ſermonibus diuinis vtebatur oraculis?

Pue-

Puerum lapide percuſſum, morti proximum, Beatus Ioannes mirabilitèr priſtinę reddit ſanitati.

CAPVT XII.

QVamuis enim virtutum huius Dei Viri Ioannis copia me inopem faciat, tamen vnum, quod de puero nobili accidit miraculum, cui conſanguineis aduenientibus contulit habitum, veracitèr propalabo. Quadam igitur die, dum prædicti pueri (Vrſi nomine) propinquiores conſãguinei gratia viſendi eum, diuertiſſent, & ipſe Beatus Vir ad parietem conſtruẽdum, quẽ manibus proprijs de ſolis lapidibus ædificabat, ad lapides colligendos, & ſibi pręparandos, vt ei conueniens viſum fuerat, pueros deſtinaſſet, quidam incautè per deuexa montis latera ſaxum diluens, in præfati pueri collum improuidè manentis ita grauitèr pertulit, vt cunctis videntibus mortuus proculdubio aſſignaretur, licet luminibus pal-

pitare videretur,exanime tamen corpus ab hominibus videbatur; vndè luctus, & clamor magnus ab omnibus, & præcipuè à cõſanguineis à loco exiſtentibus reſonabat, lugebant pueri,maiores manu plaudebant,tota deniquè domus ſupèr ipſum, quem diximus puerum eiulabat; Patri etiam Monaſterij conſanguinei caput multum tundentes, dicebant; Redde nobis puerum, quem (nobis inuitis) monachaſti; Hiſquè dictis,à barba crines euellebant, quàmquè miſerabilitèr afficiebant, qui carnis affectum nouerũt diſcernant. Vir autem Dei eiulantium vocibus pauliſpèr commotus, iuſſit puerum ad ſe deferri,& in Eccleſiam Beatę Mariæ Dei Genitricis portari, omneſquè foras egredi, firmatis ſuper ſe, & puero valuis, præcepit, ibiquè ſic fertur oraſſe ad Dominum. Domine Deus, qui cuncta ex nihilo creaſti,& humanum genus de ſua culpa perditum in melius reſtauraſti, quoniam quamuis indigno quoſque ad me venientes,iſtumquè habitum exigentes dare,& recipere iuſſiſti,inſtaura puerum iſtum priſtinæ ſanitatis incolumitati,& aſſigna Sacroſanctæ Ecclèſiæ ſuę
Ma-

Matri, vt videntes glorificent nomen tuum, & verba tua in ore meo emineant, & appareant ad laudem, & gloriam nominis tui, qui es benedictus in ſecula. Statimquè puerum accerſiuit, & manu capiens ſurſum eleuauit, ianuiſquè apertis, & foras profectus, incolumem eum omnibus demonſtrauit, atquè ad opus iniunctum remiſit, &, ut cautiùs ſibi prouideret admonuit: Hoc uerò uidentes, & præ gaudij magnitudine lugentes, Deum ex toto corde benedicebant, qui Apoſtolica tempora, Apoſtolorum facta per famulum Dei Ioannem manifeſtiſſimè inter nos innouare, & alterius ſolis ſeptemplicitèr illuceſcentis radij nos, immò mundum totum mirificè illuminare dignatur.

Puer Monachus à propinquis violētèr de Monaſterio ſublatus, meritis Beati Ioannis ſpontè reuertitur, ſicuti priùs in ſpiritu prædixerat.

CAPVT XIII.

AD hoc accidit, per aliqua ſimile, quod Dominus patefecit mirabile; Recenti namquè tempore poſt hoc, quidam puer Iohel nomine, egregius genere, nobilior fide, auditis quæ per eum Dominus agebat, clanculò à parentibus aufugiens ad Virum Dei, atquè habitum ſuum abſque mora indui petijt. Quod Abbas, ut de Dei uoluntate auſerat, incunctantèr fieri iuſſit; Parentes uerò eius, atquè propinqui hoc audientes, mœſtiſſimi tanquam de vnico effecti, quamuis alta noctis ſilentia cuncta tenerēt, dolore tamen, ſuaſionequè propinquorum communitèr mox armati, ad Pulſanum iter arripiunt; Præ foribus igitur adſtantibus, & Abbatem fortitèr quærentibus, iuſſit ei Abbas intrepidus eis oſtium reſerari, mox ipſi quaſi furibundi, & inſani capitis domum ingreſſi nulli de ratione quærentes, accenſis, quas ſecum detulerant candelis, puerum ſuum inter Monachos inhoneſtè quærētes, diuina cęcitate percuſſi, pręſentem etiam ad-

adinuenire non valuerunt; Tũc aliquantulùm molliores facti, ad Virum Dei Reuerẽdiſſimũ reuerſi mũdanæ ſapiẽtiæ inuectiuas è regione facere cęperunt. Miramur te bone Vir Patrum ſanctiones ignorare, quibus dicitur, vota, atque promiſſa filiorum familias abſque permiſſione Patris, Monachorumq; abſque iuſſione Abbatis, caſſa, & inania iudicanda: Ad hoc Vir Dei ſubridẽs, ait, qui humanis rationibus incomprehenſibilẽ, & ineffabilem Dei ſapientiam comprehendere poſſe exiſtimant, non attendunt quod Dominus per Iſaiam loquitur; Non enim viæ meæ, viæ veſtræ, neq; cogitationes meę, cogitationes veſtræ, ſed quantùm exaltantur Cœli à terra, tantùm exaltantur viæ meæ à vijs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris: Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis Conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Nonnè oportet nos Deo magis, quã hominibus obedire? Et ſi ipſi, qui Sacros Canones condiderunt, pro tempore, & loco, & perſona diſpenſationem contra ipſos fieri iuſſerunt, nonnè diſpenſatori, & moderatori omnium

Deo

Deo cuncta cernenti, & videnti, cuius oculis omnia ſunt nuda,& aperta,diſpenſare, & ordinare rem ſuam licebit? An non licet ei, quod vult facere? Nunquid qui de nihilo creauit,recreare erit inualidus? Introrsùs igitur cariſſimi ad vos redite, & quid modò citòq; facturi eſtis recogitate, & cum ſobole veſtra ad vitam,quæ ſine fine manet,properate. His admonitionibus acceptis ita eorum temeritas,& audacia fracta, atque concuſſa eſt, vt eius veſtigijs prouoluti, de eo, quod fecerant,& facere diſpoſuerant,pœnitentiam quęrerent; Hoc inſupèr miſericorditèr petebant, vt prædictum puerum eis oſtenderent,& ſi religiosè indutus nõ eſſet, ſibi redderet, ſin autèm, ſaltèm eis liceret videre,quando non poſſent habere: Vir autem Domini Sanctus Ioannes iuſſit quemdam ingredi Chorum fratrum Deo deuotè famulantium, & matutinas horas reuerẽtèr celebrantium,& puerum eis oſtendi. Quem raſo capite,habituquè religioſo indutum videntes dimiſſo capite ad Abbatẽ redierunt, & timidi licentiam ab eo expetiuerũt; Quibus ſic alloquens,ait. Vidiſtis,quod ego cum

puero

puero introſpeximus, ſin uos aliquid vidiſtis, pro Deo nobis indicatè, Vidi ꝑfectò, & vos aliud facturos, quã propinatis, Animaduerti, ſcilicet puerum nudum ante Altare Beatæ Mariæ clarè proſpexi; Ipſi magis, ac magis cęperunt mirari, puerumquè nunquam amplius à Dei ſeruitio per ſe auelli aſſerebant, quidquè puer nudus deſignaret flagitabant; Ille verò ait, in puero Chriſtum per ipſos nudaturum, & veſtimentis Religionis ſpoliaturum, ac domum violentèr rediturũ confirmabat, ſed hoc abſque animaduerſione non eſſe futurũ; Illi verò pęnitus annuebant, & malle potiùs mori; quàm à Religione auertere dicebant; Benedictione autem expetita, & accepta, domum remeauerunt. Quidquid de puero feciſſent, conſanguineis ſtipulari cęperũt, & accipientes, quod fecerant, eorum vecordiam, & deſidiam, quibuſdam conuicijs additis, acritèr increpant; ſatis enim quid fuiſtis, quiduè ſitis, & quid agere indè voluiſtis, quia eum non reduxiſtis apparet; His, & alijs iniurijs, conuicijſquè laceſſiti, conſilium habuerunt cum eo, qui poſt Regem primatum totius Ciuitatis Garga-

ganicæ habebat,& cum eis, vt illuc aduenire et ſupplicitèr exorabant;Ille verò,& conſiliũ dedit eis,& quia maiores Ciuitatis erant, ſe cum eis venire promiſit;Huiuſmodi conſilium tribuit,vt in Comitatu ſuo ducerent fœminas,& puerum quibuſdam ad eas blanditijs allicerent, ita vt nullam ipſi violẽtiam facere viderentur,nè aliqua occaſione damnum aliquod conſequeretur. Cõſilio autem accepto,& pro poſſe profectò,cum eodem Oeconomo ad locum iam petitum aduenerunt; Herodianam igitur in vultu lætitiam oſtendentes,de puero interrogauerunt, atq; vt viſo ſolum ſuis deſiderijs ſatisfacerent, lachrimabilitèr rogitauerunt; Venit puer ad mulieres vſquè de induſtria productus;quæ eum accipientes, vt eis imperatum fuerat, veſtimenta Religioſa ſciderunt,& alia, quæ præparauerant,eum induerunt. Abbas verò blandè,lenitèrq; cuncta, quæ acciderant ferens,ita eis,propinquis ſcilicet,& ſecundum carnem amicis aiebat; Nunquid nõ dixi vobis, quia Chriſtum in puerum illum ſpoliaturi eratis? Sed quoniam diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum, hoc ipſum,
quod

quod Vos pro malo facere deſtinatis, ad laudem, & gloriam nominis ſui conuertet Dominus;Illi autem domum regreſſi,puerum cuidam Sacerdoti per omnia Abbati eiuſdē Monaſterij inimicato, & deſtruere funditùs cupienti, cuſtodiendum tradiderunt; Puer verò quamuis quibuſdam repagulis anxiaretur in corpore, diuina tamen clementia liber animo per merita Sanctiſſimi Eremitæ Ioannis Pulſanēſis Abbatis breui tempore poſt ſe cum Cuſtode liberis Monaſterij vinculis innodauit.

Ruſticus pręcipitatus à Dęmone, cui ſe tradiderat, liberatur à Beato Ioanne ſibi apparente.

CAPVT XIV.

QVidam præterea Ruſticus, cuiuſdam nobilis fœminæ amore correptus,cū ipſa eum reſpuiſſet, ſeipſum Diabolo tradidit,vt eius amore potiretur; Inuentore igitur Diabolo, ipſa in eius amore cæpit ar-

 dere,

dere,cum ipſe de eo,quod geſſerat,aliquantulùm dolẽs ab eius amore frigeſceret; poſtquàm ergo humani generis inimicus prædictum Ruſticum, cum in propoſito nollet manere, proſpexit, in acquiſitam poſſeſſionem ingrediens, de alto eum præcipitauit, vt vitæ ablato termino, ſpes ei veniæ nulla conſtaret; In ipſo autem immaniſſimo caſu moridundo, quædam Viri ſpecies apparuit, qui ab imminenti periculo eũ liberaret; Ibis, inquit,ad Montem Garganum, ibiquè melliferũ reperies conſilium,& ſanum; Repentino igitur terræ hiatu ereptus, quamuis à Dęmone poſſeſſo,aduenit Garganum,multorumquè ſuaſu Virum Dei Pulſanenſem Abbatem petijt, quem, vt vidit,magnis clamoribus ad eum venit; Ecce,inquit, cuius ſpeciem in præcipitio videram, qui mihi ereptor, & cõſolator fuerat; A tuis igitur veſtigijs,Santiſsime Pater, ampliùs nullatenùs euellar, totiusquè animi viribus tibi inhæream,quid ampliùs morer? Sancti Viri oratio ab eo Dęmonium expulſit, & ſub eo,ut uidentes retulerunt,manſuetus, & humilis Monachus in Domino obdormiuit.

Bea-

Beatus Ioànnes anxius de ſtatu duorum ſuorum Monachorum vita functorum, in ſpiritu videt illos ſplēdescere in Paradiſi gloria.

CAPVT XV.

POſt non multum verò temporis, cum duo de Monachis eius ab hac vita ſub vna hebdomada diſceſſiſſent, quia vnus ſingularis obedientiæ, & alius maximę ꝓbitatis extiterat, præmaximè, quia ſui agri fructum, an Deus in horreum ſuum recondi iuſſiſſet, hæſitabat, graui mœrore afficiebatur; Cumquè per triduum in hac mæſtitia perduraſſet, vigilanti, & perſpicua ſuæ mentis viſione nubilū ſic Dominus abſterſit; Pontificalibus namquè indumentis Princeps Apoſtolorum mirabilitèr contectus, inſigniquè Inſlua redimitus, & ſuper Solem ſplendentes in ſuæ plantæ lembo quaſi in ſinu fouens demoſtrauit, ſic inquiens: Qui ti-

bi veracitèr inhærent,tuam obedientiam in Deo tenent, ſplendeſcere ſcias apud ſuum Creatorem: Hoc etiam cuidam diſcipulo ſuo in eodem inſtanti,per meritum prædicti famuli ſui Ioannis,ad huius veritatis irrefragabile teſtimonium, licet minùs cl… , Dominus demonſtrare dignatus eſt. … igitur immuneras omnium … git, ſeq; & ſuos ex tunc, & … gulæ diſtrictiùs ſubiec…

A p… ioſa…
ſuos r… at …
vera … ſo…

A … ſer…

ætat…
naſ…
tio…
pti… n

enim deſtinatũ adueniens, litteratos ab idio-
tis ſeorſum conuocat, ac ſuæ fermẽtum ma-
litię eorum mentibus ſeminabat,per dulces
ſermones mortem,& interitum parat,ſince-
ræ Abbatis doctrinæ, modis, quibus poteſt,
derogat,& repugnat; Sic namquè pernicio-
ſa eius doctrina mentes imbuit plurimorũ,
ſic furens telis animos fermè armauerat ſin-
gulorum , vt Mona[illegible] relinquerent,
eiuſquè monitis pare[illegible] Vnus
verò illorum. cui ta[illegible]icue-
rant,foras,[illegible]nem [illegible] in-
uenit , que[illegible]ium [illegible] Ab-
batem diri[illegible]què [illegible]r,
Abbas ſecre[illegible]elſi[illegible]
tribus, qui ſe[illegible]bo[illegible]
ex ordine pan[illegible]
non adhibeban[illegible]
dem,quę Abbas [illegible]
rum duritiem incre[illegible]
ſo,illuc pro[illegible]rau t, [illegible]
emendau[illegible] de[illegible]
mauit, vt [illegible]
riùs auelli p[illegible]

bi veracitèr inhærent,tuam obedientiam in Deo tenent, ſplendeſcere ſcias apud ſuum Creatorem: Hoc etiam cuidam diſcipulo ſuo in eodem inſtanti,per meritum prædicti famuli ſui Ioannis,ad huius veritatis irrefragabile teſtimonium, licet minùs clarè, Dominus demonſtrare dignatus eſt. Gratias igitur immuneras omnium Creatori Deo egit, ſeq; & ſuos ex tunc, & deinceps diuinæ regulæ diſtrictiùs ſubiecit.

A perniciosa doctrina multos ſuos reuocat Beatus Ioannes,& in vera ab ipso tradita confirmat.

CAPVT XVI.

ALio quoquè tempore, cum pro ſeruitio fratrum à ſe longè manentium quemdam ſuorum, qui ſapientia, & ætate cæteris eminentior habebatur, deſtinaſſet, quiquè legatione fruebatur ædificationis,& ſeruitij (inſtigãte Diabolo) peremptionis cauſam quæſiuit,& exitij; Ad locum enim

enim deſtinatũ aduenienſ, litteratos ab idiotis ſeorſum conuocat, ac ſuæ fermẽtum malitię eorum mentibus ſeminabat, per dulces ſermones mortem, & interitum parat, ſinceræ Abbatis doctrinæ, modis, quibus poteſt, derogat, & repugnat; Sic namquè pernicioſa eius doctrina mentes imbuit plurimorũ, ſic furens telis animos fermè armauerat ſingulorum, vt Monaſterium relinquerent, eiuſquè monitis parere deſiderarent; Vnus verò illorum, cui talia ex animo diſplicuerant, foras, occaſionem quærens, legatum inuenit, quem omnium pernicitatem ad Abbatem dirigit: Cumquè ibi talia gererentur, Abbas ſecretò ſibi reuelãte ſpiritu hæc fratribus, qui ſecum ad laborem profecti erãt, ex ordine pandit; ſed quia fidem dictis eius non adhibebant, nuncio adueniente in eiſdem, quę Abbas dixerat, verbis grauitèr eorum duritiem increpabat, & citò, equo aſcẽſo, illuc properauit, quodquè deliquerant emendauit, & ità deinceps in bono confirmauit, vt à veritatis tramite nunquam ulteriùs auelli potuiſſent.

Infans morti proximus à proprio Patre Beato Ioanni traditur, à quo paulò poſt eidem Genitori incolumis reſtituitur.

CAPVT XVII.

CVm quolibet tempore Vir Dei (cogẽte rerum neceſſitate) Sipontum petere uoluiſſet, apud Primarium totius Ciuitatis de multis eius precibus habebat hoſpitium; Quodam itaquè tempore, cum præfatus Vir inuiſeret eius domiciliũ, quando eius uſquè ad mortem unicus infirmabatur filius; Vir namquè ipſe, quamuis totius Sipontinę Ciuitatis poſt Regem diſpenſator eſſet, & Dominus, cum omni tamen diligẽtia uelut Patri ſpirituali Abbati obſecundari conſueuerat, modo autem filij (intercedẽte mæſtitia) ut ſolebat antè Virum Dei non ueniebat, quem Abbas uocare, & antè ſe uenire præcepit, & qua de cauſa ſic eſſet affectus, condoluit, & uerba mundum contemnen-

nentia,magnumquè ſolamen habentia dulcitèr miniſtrabat.ipſe uerò ſubitò ab Abbatis facie ſe receſſit,&,ut amor impatiens cōpellebat,ad infantem cucurrit, & cum iam ultimum putaret exhalare ſpiritū,moribundum in ulnis eleuauit, ac ex inſperato in gremio Abbatis,ſic dicens,collocauit. Aut mihi puerum per tuam Sanctitatem uiuum aſſigna, aut per tuam benignam perſonam mortuum repreſēta mihi; pro magno enim ducebat honore,ut ſuus mortuus filius à tāto Viro teneretur;Abbas uerò improuiſo cōcuſſus terrore, ſolitum petit diffugium, & oculos ad Cœlum eleuans,flagitat Dominū, ut ei unicum dignaretur reſtituere filium. Quid plura? ità Dei aures ad iuſti ſui preces adfuerunt,vt ſanus, & incolumis eòdem die parentibus aſſignaretur. Parentes verò eius, qui quaſi de Baratri voragine liberati, & pluſquam ſi propriam vitam recuperaſſent, lætati,ſe cum puero,totaquè poſſeſſione Viro Dei dari velle pollicebantur; Hoc Abbas intelligens,citiùs, quàm potuit,ab eis explicauit, & apud eos nunquam ampliùs hoſpitium habuit.

The-

Theſaurus abſconditus manifeſtatur à Beato Ioanne, & eius iuſſu ad Monaſterium transfertur.

CAPVT XVIII.

CIrca idem ferè tempus Sacerdos quidam ad conuerſionem veniẽs, theſaurum abſconderat, atquè ab Abbate, an aliquid haberet, interrogatus, pratèr veſtimenta, quibus induebatur, firmiſſimè denegat; Per triduum igitur, aut quatriduum in conuerſione, vt videbatur, ſatis honeſtè, atq; religiosè eo immorante, Abbas iuſsit eum ad ſe venire, & ſeorſum monuit, vt theſaurum, quem occultauerat, reſeraret, nè ſibi ſcandalum, & alijs pernicioſum exemplum præberet, ſicquè bis, terquè, quaterquè ſub teſtibus inquiſiuit, recordans illud memorabile furtum Ananiæ, & Saphiræ: Ipſe verò (Diabolo ſuggerente) adeò obſtinatus manſit, & durus, vt cum omni fiducia nihil aliud ſe habere iuraret, atquè firmaret; Abbas uerò eo ad fratres dimiſſo, iuſsit alij, ut tali lo-

co,

co,& ſub tali lapide quæreret,& pecuniam ibi abſconditam apportaret. Quo facto,cum poſt aliquot dies memoratus frater exiſſet, & pecuniam non inuẽtam quæſijſſet, & ante Abbatem męſtus, & turbulentus tranſiſſet; Quid,inquit Abbas, ſolito triſtior facies tua apparet? pecuniam,pro qua conſumeris, tibi reddam, & de hac Congregatione te procul expellam. Mox ille in terram procidens, & ſe reum magnis clamoribus confitens, veniam, & miſericordiam poſtulabat, ac flebitèr,nè aliquid mali per hoc ſibi contingeret,exorabat.

Furtum ſecretò patratum prophetico ſpiritu reuelat Beatus Ioannes.

CAPVT XIX.

TEmpore,quo Deus in partibus iſtis aliquantulùm frugum,& vinearum imminuit vbertatem,imò totam Italiam (vt accepimus) inſolita coegit inopia, quidã

Digitized by Google

miles præfata cauſa compulſus, Brũduſinas Oras relinquens, Pulſanẽſem Abbatem, quia Virum Sanctum audierat, quæſiuit, quem cœpit humilitèr exorare, vt cum vtraq; die immanẽs famis periculum inſtaret, ſibi pro Deo miſericorditèr ſubueniret; maius enim, ait, miſericordiæ munus, magiſquè Deo gratum fore huiuſmodi Viro ſubuenire, qui potiùs mori eligeret, quàm paſſim à quolibet (tam dante verecundia) quæreret; Ille verò, vt benigniſſimus Pater, & temporaliũ adminiſtrationem, & in ſpiritualibus pro dono ſibi cœlitùs collato, refectionem gratantèr exhibendo, promiſit. Prædictus autẽ Vir aliquantulùm agriculturæ peritiam habens, cœpit agro, vineis, varijſquè illius domus, ſcilicèt Sancti Iacobi, in qua hæc ſupraſcripta fuerant, occupationibus exercere. Famulus verò Domini Ioannes peractis ijs, quæ ibi ritè, rectèq; in vtroque homine agere debebat, præcipuum repetit Cœnobium; Vir autem prædictus paruo poſt tempore decurſo, ſtimulis agitatus communis inimici, loricam apud eos commendatam, equorumquè ſtramenta cum aliquantis ſolidis cuiuſdam nu-

pèr

pèr profeſſi furtim ſurripuit (& pro vt ſibi viſum eſt) competenti loco abſcondit. Cũq; poſteà vnus alterum, vt incertis in rebus fieri ſolet, variè appellaſſet, & ab alterutro modum contẽtionis inſolita re perculſi diebus aliquantis decertatum fuiſſet, quemdam aliũ iniuſtè furem conueniebant, & ei, vt redderet acritèr inſtabant; Illi autem, qui hoc egerat, quippè qui mundus, & bonus apparebat, nulla ſuſpicio habebatur. Prior itaquè iam dictę domus, cum damnum, tàm rerum, quã perſonarum inſpiciens, quid ageret ignoraſſet, Patrem Monaſterij adiuit, rem ex ordine pãdit, quid facto opus eſſet, quæſiuit. Abbas verò Vir per omnia propheticus; Vade inquit concito greſſu, & Virum talem, quem pro Deo recepimus amore, vt furtum tibi reddat cohibe, qui, ſi diabolica oſtinatus malitia, negare præſumpſerit, tali exquire loco; ibi procul dubio, quæ adhuc amiſiſti, reperies, eumquè illæſum à domo eijcies. Qui cõfeſtim, & in nullo hæſitans mandatis, iuſſa Prophetæ proſequitur, & vt priùs verbis acceperat, ita ex toto factis reperit. Gratias igitur Domino Omnipotenti, & famulo eius

Ioanni immenſas agentes, prædictum Virū (vt imperatum fuerat) expulſerunt, & adeò maiorem ſolito reuerentiam, & timorem circa Patrem Monaſterij habere ſtuduerūt, vt conſcientiæ ſecreta ei certatim pandere curarent, timentes, nè ipſe primitùs eos argueret.

Dęmones locum quemdam inſidiantes Beatus Ioannes eijcit.

CAPVT XX.

QVidam Garganicæ Ciuitatis ingenuus vnum habens filium ſuper quamdam Eccleſiam propè Pulſanum poſitam, ſibi ita extorquebat Dominum, vt ibi cum quadam Sanctimoniali degeret, & operi nefario inſeruiens, graue iniquitatis pōdus ferret; Huius etenim filij diſcretionis oculos aperiēs Dominus, iniquitatem Patris abhorrens, ad Abbatem Pulſanenſem aufugit, & Sanctæ conuerſationis habitum ab eo expetijt:

tijt: Vir autem Domini,vt in talibus ex more gauisus,& libentèr eum excepit, & quod petijt,adimpleuit;Pater verò huius,quanquã nimium eſſet iniquus,cum filium vnicum à ſalubri propoſito reuocare nõ poſſet,in manibus Venerandi Patris Profeſſionem fecit, ſequè,& ſua daturum verè, firmitèrq; promiſit. Vir igitur Dei Ioannes ſtatim eum, quamquam inuitus ab inuaſione Eccleſiæ remouit,& ipſe famulus Domini canonicè ingrediens,poſſidere cępit,Sanctimonialem etiam, quam ibi inuenit, verè pœnitentem ſuſcepit,atquè locum illum mulierum Domino dicaturum, ex tunc, & deinceps eſſe cenſuit.Huiuſmodi igitur factum, quã grauitèr humani generis pertulit inimicus, nocturni ſonitus diuerſorũ animalium, & volucrum voces,vt cuiquè proprium eſſe inſinuaret;Ibiquè nãquè magnis intonabat vlulatibus; Cur me Ioannes Dei famulus à domo antiquitùs poſſeſſa exire compellis?Quarè me hinc eijcis? Hos ſubſequebantur ſerpentum ſybili,Leonũ rugitus, mugitus Bouum,omnium deniquè animalium,& volucrum pauendi ſpiritus turbinem commouebat,

bat,quo tremebundi mōtem ruiturum funditùs excogitabant incolæ; Poſt hæc omnia tenebroſus ſpiritus lucem odio habēs,ſi quę luminaria,vel candelas,vel lāpades, vel quocunque modo ignes accenſos proſpiceret, mox extinguere præſumebat. Vndè perſonæ,quas ibi Vir Domini eſſe præceperat,adhuc puſillanimes locum relinquere penitùs diſponebant, quæ cum Sancto Viro nunciata fuiſſent, nequam ſpiritus inſidiantes vilipendens,illuc perrexit,& animos debilium roborauit, & ſi quid contrà ipſum poſſent, vocibus etiam conuiciantibus Dęmones irritauit, qui ita ſua præſentia (gratia Dei donante) omnes malignorum ſpirituū ſordes, illuſioneſquè eliminauit, vt vlteriùs Domino inſeruientes,& obediētiam Patri ſuo obſeruantes,nec iſta, nec ſimile aliud perſenſerint.

Monachum mortuum Beatus Ioannes ſua oratione ad vitam reuocat.

CA-

CAPVT XXI.

CVIuſdam temporis articulo quidam de fratribus Beati Ioannis (Vrſus nomine) humilitate, & obedientia eximiùs ad mortem vſquè infirmatur, cumquè aliquo euoluto tempore, ægritudo eius inualeſceret, migrauit è ſeculo, & cũ hoc Patri Monaſterij nunciatum eſſet, illuc, vbi corpus erat, properauit, & quia corpus exanime reperit, ex intimo corde doluit, & dum aliquantulùm temporis ſpatium cum ſilẽtio ſummo trãſegiſſet, & oculos lachrymis ſuffuſos pro decurſu boni fratris habuiſſet, præcepit, vt nullus ibi fratrum remaneret; Ipſe verò oculorum aciem figens in Cœlum, immotis labijs, vt ei ſolitum fuerat, orationem faciens, tàm diù ſuper defuncti membra recubuit, quã diù corpus ex toto moueri perſenſit; Diuinam itaquè gratiam Apoſtolorũ ſocius agnoſcens, feſtinus in pedes conſtitit, ipſo quoquè per dexteram apprehenſo, in lectulo ſedere fecit, & fratribus aduocatis, quem mortuum relinquerant, viuum aſſignauit.

Sic-

Sicco veſtigio fluuium trāſit Beatus Ioannes cum ſocijs ſuis, & ſuperueniente ingenti pluuia, qua omnes madefacti ſunt, ipse ſolus intactus remanet.

CAPVT XXII.

ALio quoque tempore cum Salpos rationabili cauſa perrecturus, fluuium non vadando, ſed tranſnatando, tranſire oportuiſſet, ſocij cum flumen ingredi valde timerent, ipſe torrentis alueum præuius ingreſſus eſt, illos commonens, vt rectò tramite poſt ipſum incederent, ſic tranſito amne, ab aquarum moleſtia immunes conſpexerunt, ut vix ima pedum ueſtigia madefeciſſent, alios namquè per diem iter natātes intuebantur non ſolum aquæ effuſionē non euadere, ſed, & mortis periculum formidarè. In eiuſdem quoque itineris reditu tanta pluuiæ inundatio erupuit, ut ſociorum Venerandi Patris, nedum indumenta, ſed etiā mem-

membra aquis largitèr defluerent, qui cum Patrem ſuum ad quãdam Eccleſiam declinare rogaſſent, quatenùs parùm quieſcere, & veſtimenta exudare valuiſſent, ita omni aquæ humore eius veſtimentum reperierunt, ac ſi non aquæ, ſed ſoli ſubſtitiſſet.

Captiuus liberatur monitis Beati Ioannis illi in viſu apparentis.

CAPVT XXIIII.

Qvidam, cum à Regis Siciliæ miniſtris deprehenſus, & multis afflictionibus, vt ſolidos, & alia, quæ non poterat exhibere, perſolueret, extortus fuiſſet, Venerabilem Virum Abbatem Pulſanẽſem per viſum aſpexit, qui eum monuit (vt mane facto) cum alijs captis ad Regis Curiam ire cogeretur, iter ipſum diminueret, & per aliud fiducialitèr pergeret, quia à nullo lædi poterat, quem Dei pietas liberare diſpoſuit; pro verbis igitur Viri Dei faciẽs, liberatus, & ad eum vſq; perueniens, Deo, & ipſi immenſas gratias deuolutus perſoluit.

Dęmones infeſtãtes aliquos Monachos virga fugat B. Ioannes.

CAPVT XXIV.

PRudenti conſilio Sapientum prouiſũ eſſe dignoſcitur Venerabilium facta Virorum litteris annotari, memorięq; poſterioribus commendare; vt perſpecta eorum vita, ſuam eorum exemplo actitare, ſatagant. Inter quos Venerabilis, & Deo carus Pulſanenſis Eccleſiæ Abbas Ioannes refulſit, cuius actus iam expreſsè ſic ab illis, qui eius mirabilia viderunt, & interfuerunt, audiuimus, à nobis vtcumque Deo, cuius gratiã operabatur, licet imperitis, deſcripta dignoſcuntur inculto ſermone. Cùm igitur plurimis Vir Dei deuotus polleret miraculis, inter cætera, quæ operatus eſt mirabilia, ſic veraci relatione comperimus, quoddam valdè ſtupendum miraculum, quod per illũ Dominus operari dignatus eſt, fraternitati veſtræ intimare curamus. Quoddam die cũ Ve-

Venerabilis Pater quoſdam ex ſuis fratribus Monachis ad Siluam duxerit, vt ligna, quibus Domus conſtrui debuiſſet, inciderēt, qui iuſſa complentes obedienti animo, vt eis imperatum fuerat, implere, curarunt. Mox autem illuc peruenerūt ſummo cum conamine, ea, quæ neceſſaria ad Domum conſtruēdum videbantur, vt Pater cōmunis illis imperauerat, præparare cœperunt. Et cum in tam bono opere fratres occupati fuiſsēt, omnium bonorum inuidus inimicus cum ſuis ſatellitibus in ſimilitudine armatorum militum eis apparuit, quoſdam illorum cedētes, alios in fugam timore perterritos ire compulerunt, ſed illis huc, atquè illuc timore cōcuſſis fugientibus, ſubitò cum magno lumine, virgamquè manu geſtans Beatus Ioānes apparuit, qui turbam aduerſariorum virga proſequens, eos fortitèr percutiens, antè ipſius præſentiam, vt vmbra tenuis euanuerūt. Quòd fratres, qui aderant videntes (recepta animi fortitudine) ad Patrem, vt boni filij cucurrerunt, quos breui ſermone conſolās, & ædificans, ab eorū oculis ſubitò diſparuit; ſublatā verò Patris præſentia ampliùs mirari

cœperunt, & quid circa eos benignitas Dei fecerit ſtupefacti, atquè ſine voce affecti per horas plurimas permanſere. Alia verò die vnus de fratribus ad Monaſterium rediens, & quomodo à mortis periculo, & à Dęmonum turba meritis ipſius liberati, lineatim Patri Venerãdo retulit, qui Vir Dei audiens, extenſis ad Cœlum manibus Omnipotenti Deo gratias reddit, & hoc non ſuis aſcribendum eſſe meritis, ſed eorum fidei, & obediẽtiæ potiùs factum fuiſſe, prædicauit. Vide, inquit, fili quantum apud Deum valeat puro ex corde obedientia, & mãdatorum Dei obſeruantia, qui admonitionibus Patris ſufficientèr inſtructus, ad fratres, & ad iniũctum opus rediјt; Nulli enim incredibile debet eſſe hoc, quod de Patre noſtro Ioanne retulimus, qui omnia Deum poſſe credit, & nihil impoſſibile eſſe credenti veracitèr recognoſcit; Deumquè ſemper mirabilem eſſe in Sanctis ſuis non dubitat; In multis namq; & innumerabilibus miraculis Dei Omnipotẽtis Clementia Ioannem ſuum fidelem famulum declarare voluit, & quãti apud eum foret meriti in patulò per Orbem fidelibus

innoteſcere, non prolongauit, nè lucerna ſub modio lateret, ſed piè viuentibus apertè clareret.

Monachus à veneno ſo Serpente percuſſus, & vexatus, iuſſu Beati Ioannis bibens aquam ab eodem benedictam, mox ſanatur.

CAPVT XXV.

QVodam die contingit Beatum Ioannẽ ad opera manuum, vna cum quibuſdam fratribus ſuis egreſſum fuiſſe, & ecce ſubitò quædam venenata beſtia hoſtis humani generis ſatis amica, quia in eo introiuit, cum ad decipiendum primum Patrẽ vxorem ipſius aduerſus eum, vt cibum vetitum comederent, incitauit; in ſinum cuiuſdam fratris inſiluit, protinùſq; ad latibulum, vndè egreſſa fuerat, uidentibus cunctis, qui præſentes aderãt, rediJt, ſed frater ille nimio timore percuſſus, in terra exanimis cecidit,

cœperunt, & quid circa eos benignitas Dei fecerit ſtupefacti, atquè ſine voce affecti per horas plurimas permanſere. Alia verò die vnus de fratribus ad Monaſterium rediens, & quomodo à mortis periculo, & à Dęmonum turba meritis ipſius liberati, lineatim Patri Verẽrādo retulit, qui Vir Dei audiens, extenſis ad Cœlum manibus Omnipotenti Deo gratias reddit, & hoc non ſuis aſcribendum eſſe meritis, ſed eorum fidei, & obediẽtiæ potiùs factum fuiſſe, prædicauit. Vide, inquit, fili quantum apud Deum valeat puro ex corde obedientia, & mãdatorum Dei obſeruantia; qui admonitionibus Patris ſufficientèr inſtructus, ad fratres, & ad iniũctum opus redijt; Nulli enim incredibile debet eſſe hoc, quod de Patre noſtro Ioanne retulimus, qui omnia Deum poſſe crędit, & nihil impoſſibile eſſe credenti veracitèr recognoſcit; Deumquè ſemper mirabilem eſſe in Sanctis ſuis non dubitat; In multis namq; & innumerabilibus miraculis Dei Omnipotẽtis Clementia Ioannem ſuum fidelem famulum declarare voluit, & quãti apud eum foret meriti in patulò per Orbem fidelibus

in-

innoteſcere,non prolongauit, nè lucerna ſub modio lateret,ſed piè viuentibus apertè clareret.

Monachus à venenoſo Serpente percuſſus, & vexatus, iuſſu Beati Ioannis bibens aquam ab eodem benedictam,mox ſanatur.

CAPVT XXV.

QVodam die contingit Beatum Ioannē ad opera manuum, vna cum quibuſdam fratribus ſuis egreſſum fuiſſe, & ecce ſubitò quædam venenata beſtia hoſtis humani generis ſatis amica, quia in eo introiuit,cum ad decipiendum primum Patrē vxorem ipſius aduerſus eum,vt cibum vetitum comederent, incitauit; in ſinum cuiuſdam fratris inſiluit,protinùſq; ad latibulum, vndè egreſſa fuerat,uidentibus cunctis, qui præſentes aderāt,redijt, ſed frater ille nimio timore percuſſus,in terra exanimis cecidit,

deniquè Viro Ioanni ſub feſtinatione nũciare curauit, & ut ſibi ſubueniret,cum omni ſupplicatione rogauit, qui mox Dei ſeruus fratribus præcepit,ut ſi in aliquo uulneratus fuiſſet,inſpicerent,qui eum inquirentes circumquaquè, illæſum reperierunt, Patriquè ſuo ſpirituali in nullo fratrem percuſſum retulerunt. Ipſe uerò frater mox ad iuſsũ Abbatis timore ſublato à terra ſurrexit,& cœptum opus cum cœteris fratribus lætus exercuit Prouidus illicò Dei famulus, & futurorum præſcius fratribus omnibus interdixit, nè ab illa beſtiola ſupradicta læderentur;ſed ſicut fratrem tacendo non nocuiſſet, ita, & ipſa illæſa maneret.Vnus autem ex fratribus aliquantulùm ſpiritu ſuperbiæ tumidus,Patris Reuerendiſſimi Ioannis poſtponẽs monita, latibulum, quo ſe uenenatum animal receperat,relictis fratribus, ipſumquè inuẽtum protinùs interemit; Qui ſtatim Dei iudicio,utpotè inobediens percuſſus,graui ſubitò dolore,& intolerabili uexari cœpit, ut qui Patrem ſuum præcipientem cõtempſit, audire, quaſi ueneno beſtiæ perfuſus cœpit magnis clamare uocibus, & Ioannis Dei ſerui

ui

ui auxilium exorare precibus,& cum ei nũciatum fuiſſet, venire non diſtulit, ſibiquè aquam afferri præcepit, quam benedicens bibere eum iuſſit;ſed tanta Dei virtus illicò adfuit,vt mox data,ſurgeret,& omnis dolor, & anguſtia ab ipſo fugeret; Quod cum fratres viderent in eo,quod contingerat,admirati Dominum Omnipotentem, qui per famulum ſuum Ioannem talia feciſſet, benedixerunt. Nequè hoc ſilendum eſſe fraternitati veſtræ volumus,quod per electum famulum ſuum Ioannem Dominus innotuit, vt minus perfecti in Eccleſia lac haberent, vndè nutriri potuiſſent, videlicet exempla piè,ſanctèq; viuendi, & miracula, quæ Dei nutu per Sanctos ſuos Chriſtus operatus eſt, incitamenta eius forent vſquè in finem in Dei ſeruitio perſeuerando, nam ſi Dominus electos ſuos ita miraculis non decoraſſet,forſitan Sancta Mater Eccleſia tot hodie filios non haberet;quoniam quidem per illorum miracula credentium fides firmata eſt, & ſpes corroborata.

Digitized by Google

Viſione cuiuſdam Monachi maxima Beati Ioannis Sanctitas, & merita commendantur.

CAPVT XXVI.

Contingit cuidam Beati Viri Monacho nocte quadam in lecto quieſcenti aſſiſtere ſibi in viſione quadam, quam in ſeculo notam habuerat perſonam monẽtem, ac præcipientem ſibi, ut eum ſequeretur, quod, cum adimpleret, venerũt ad quẽdam per magnum fluuium, in quo per breuem pontem reperierunt, quem ſine aliqua dilatione aſcendens, cœpit ire, &, ut Monachus eũ ſine aliquo timore ſubſequeretur, monere, tandem frater ille ſatis pauidus põtem aſcendit, qui pons ita ei tremere uidebatur, ut benè de uita ſua deſperaret, & cum in pontis medio magno cum timore perueniſſet, ille, qui præcedebat eum, & præuius ire uidebatur, iam propè ad finem pontis ueniens, pede lapſo in flumen cecidit, quod flu-

flumen ita erat horrificum, vt cadentes in illud, nulla ſpes reſurgendi remaneret; frater autem ille videns ſe ſolum relictum in magno periculo proximum, amœniſſimumq; & delicijs affluentem eſſe locum vltra pontem, inuocato Chriſti nomine pertranſijt, quo tranſito, maximam in illo loco hominum Abbatum inuenit multitudinem ſummum ſilentium tenentem, neutrumquè illorum loquentem, quos contemplatus, & intuentes ſe intuens, & in locum inſatiabilitèr præ nimia pulchritudine aſpiciens, pertranſiuit eos, quos parum pertranſiens, per maximum inuenit palatium nimio decore ornatum, in quo ingrediens, ſpecioſiſſimam gentis inuenit pulchritudinem, ſed ibi nullum ſe notum cognoſcens, ad quandam palatij partem ſe declinans, partem aliam palatij ingreſſus eſt, in quo multi, & innumerabiles lecti ſatis ornati erant, & in quibus honorabiles perſonæ quieſcebant, qui locus tanta ſuauitate, & dulcedine plenus erat, vt crederet ſe delicijs Paradiſi intereſſe, & intuens diligentèr vtraſquè perſonas, plures de Congregatione Sancti Patris Ioannis, qui

Dd iam

iam de mundo exierant, recognouit, inter quos quemdam fratrem (nomine Oddonē) ante quemdam lectum ſedētem reperit; ad quem propè accedens, inclinato capite, Benedicite, dixit, quem reſalutans, quomodo Dominus Abbas, fratreſquè ſui haberent, requiſiuit, & præcipuè de quodam fratre ſigillatim, qui familiarior, & amicabilior extiterat Beato Ioanni, Reuerendiſſimo ſcilicet Dei famulo Iordano, qui poſt ipſum Patrem Ioannem totius Congregationis regimen in protectione Dei Cœli commorans ſtrenuè, iuſtè, piè, atquè fidelitèr gubernauit, Vir bonus, ac iuſtus, & Deo, & hominibus rationabilis, & illo reſpondente, quoniam Dei gratia benè ſe haberet; ſed quomodo ipſe eſſet ſibi dicere non dedignaretur. Reſpōdit frater ille, & dixit, quicquid frater mi boni habeo, Patris mei Sanctiſſimi Ioannis meritis habeo, ſed adhuc propter quaſdam, quas in ipſo commiſi culpas, & dignam indè nō egi pœnitentiam, proindè plenum gaudium nō habeo, & lectum iſtum quē vides, mei cauſa paratum eſſe ſcias, ſed in ipſo quieſcere non valeo, donec ab ipſo Patre relaxatæ fuerint

mihi;

mihi; ſed roga obſecro deuotiſſimum Virũ Iordanum, vt pro me Patrem ſpiritualem Sanctiſſimum Ioannem deprecetur, quatenùs mihi culpas, quas in eo commiſi dimittat,& pro certo ſcias,quia,ſi mihi indulſerit, ſtatim licentia quieſcendi in lecto concedetur, quia in hoc loco multa eius iuſſione ignoſcuntur. Qui curioſè ab ipſo culpas inquirens,frater ille, qui defunctus fuerat humiliato capite,triſtitiamquè demoſtrans, retulit,dicens: Iuſſione Sancti Patris,cauſaquè Monaſterij cum quibuſdam fratribus mecũ adiunctis ad Siluam perrexi,ibi, dum Sãctus Pater adeſſet,quædam particula ligni,quam incidebam,peccatis meis facientibus,in maxillam eiuſdem Patris proſiliẽs, vulnerauit, pro quo facto ab eo veniam minimè quæſiui. Alia quippè maior culpa fuit, nam quadã die Dominica celebrato in ipſo Pulſanenſi Cœnobio diuino ex more officio,prædictus ad ſe Pater me uocauit, & cibũ corporalem accipere monuit,mequè poſt hæc, vt præparem, & ſic ad Siluam pergere præcepit; Sed me reſpondente ire non poſſe,ab eius illicò diſceſſi præſentia, ſed poſt paulùm in me

ipſo de inobedientia tanti Patris recordatus, & ſtultè me egiſſe recognoſcens, reuerſus ſum ad eum, (& vt ſentio, adhùc non relaxauit) vt mihi indulgeret, humilitèr rogaui; ſed væ illis, qui inobedientes ei exiſtunt, ſi ab eo veniam non requirunt, & ſatisfactionem ei non faciunt. Qui frater ad ſe reuerſùs per omnia, quæ viderat, & audierat, & ſibi præceptum fuerat, Venerabili Patri retulit; ſed non poſt longum tempus Patri Sanctiſſimo Ioanni ipſe frater Oddo, non in viſione ſomni, ſed quaſi corporali præſentia apparuit, & vt ſibi, quod in eo peccarat, indulgeret, rogauit, & vt in pace quieſceret, totis ſuis viſceribus exorauit, quem Pater Sāctiſſimus illicò abſoluit, & in pace dimiſit.

Beatus Ioannes ſuis orationibus Monachum Sacerdotem à pœnis Purgatorij liberat.

CAPVT XXVII.

EO tempore, quo in Eccleſia Beati Barnabæ Apoſtoli Sanctimonialium flore-

rerет ſtudium,& vſq; hodie (annuente Domino) floret,& ſuauiſſimus odor, & clamor ſanctitatis lōgè, latèq; naribus fidelium diffunditur,& multæ nobiles; & ignobiles fœminæ ad Dei cultum ibi congratulari viderentur,contingit quemdam Sacerdotem ad Monaſterium Beati Patris Ioannis Abbatis, ſub cuius magiſterio venerabiles fœminæ degebant,ad conuerſionem venire,& quod deuotè petijt, ei deuotiùs Pater Venerabilis conceſſit. Videns autem Sanctus Pater bonā eius conuerſationem, & de die in diem ſecundum humanos viſus in meliùs proficere,præcepit ei,vt ad Eccleſiam Beati Barnabæ Apoſtoli pergeret, & Sanctimonialibus fœminis Deo ibi famulantibus diuinum officium celebraret,ipſaſquè monendo,& exhortando à tortuoſi Serpentis inſidijs præmuniret. Qui Patris præcepta libentèr amplectens, earum curam cœpit honeſtè agere; Quidquid autem acquirere à fidelibus Chriſtianis poterat, ac ſi omnes generaſſet, fidelitèr eis afferebat. Sed omnium bonorū inuidus inimicus cœpit nō ſolum Sacerdotis mentem,ſed etiam Sanctimonialium tan-

gere

gere corda, nam in tanta ſuperbia quædam ex ipſis eleuata eſt, vt audactèr coram Sācto Patre, & omnibus ſororibus diceret; Iam de magiſterio tuo non curamus, ſufficit nobis iſte Sacerdos venerandus; Proindè non poſt longum tempus diuinum ſuper ſe ſenſit iudicium: Ipſe verò Sacerdos paulatim à doctrina Beati Ioannis Abbatis cœpit diſcedere, & aliud Monaſterium diſponebat ædificare, & Sanctimoniales illas fœminas, quę in errore iſto conſenſiebant, ibi ponere; ſequè pergere ad Antipapam, Anacletum ſcilicet, qui tunc, quo occulto Dei iudicio, neſcimus, Sedem tenebat Romanā, & ab eodem Venerabilis Innocentius verus Papa à Sancta Sede deiectus, & in Francia exulatus demorabatur, ac de multis idem Sacerdos electū Dei famulum Ioannem falſiſſimè accuſare: ſed omnium Dominus, quia omnia ſuo diſponit arbitrio, hæc præuidens, prædictus Sacerdos, & Monachus diuino percuſſus iudicio, non multò poſt propriam finiuit vitam, & hoc idcircò Dominum feciſſe credimus, nè prædictus Sacerdos manus eius magis pollueret, & grauiùs peccatum pro Dei ſer-

uo

nō incurret; ſi amicus Dei Ioannes ab iniquis hominibus iniuſtè dehoneſtaretur, & innocens à nocētibus malè tractaretur. Poſt cuius obitum Beato Ioanni reuelatum eſt, quod Sacerdos ille Monachus pro eo, quod in corde ſuo malū contrà eum facere diſpoſuerat, magnas in Purgatorio pœnas ſubſtineret. Quod Vir Dei aduertens, miſericordia motus, cœpit ad Dominum preces effundere, vt ſubueniret ei: ſed pius, & miſericors Deus à prece ſui famuli fidelis non eſt elongatus, ſicut in Pſalmo legimus. Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate; nam poſt ſpatium vnius anni, & nouem menſium, quando hanc orationem fudit ad Dominum Beatus Ioannes, per tāti ſpatium temporis Sacerdos in pœna ſuum planſit peccatum, & ipſe terminum reuelauit Patri ipſi, quod Dominus ſuis eum meritis à pœna liberaſſet: Quanti igitur meriti Vir iſte Sanctus fuerit, in hoc cognoſcere poſſumus, qui animā à locis pœnalibus Purgatorij recluſā, ſola oratione ſua abſoluit, & requiem, quam culpa ſua perdiderat, addidit. Sępiùs nos fratres mei, commendemus noſmetipſos eius

me-

meritis;& qui ſuum à culpa, & pœna abſoluit aduerſarium, multò magis veneratores ſuos,ac filios deuotos meritis ſuis in ſuo aggregabit conſortio.

Cuiusdam Monachi deſcribitur viſio, in qua ipſemet accuſatus à Dęmone apud cœleſtem Iudicẽ; meritis Beati Ioannis liberatur.

CAPVT XXVIII.

MIrabilis in excelſis Rex immẽſus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui per famulum ſuum Ioannem Pulſanenſis Eccleſiæ Abbatem,miracula ſua multis modis immeritis ſeruis ſuis adhùc in hac peregrinatione laborantibus, & diſſolutione ſui corporis,atquè cum Chriſto eſſe deſiderantibus,oſtendere dignatus eſt,vt magis à fidelibus Chriſtianis Dei ſeruis audiretur, & norma inſtitutionis à Diſcipulis ſuis ſtrictiùs teneretur;Ea proptèr vnum ex pluribus eligentes

gentes fideli narratione notificare curamus. Quodam itaquè tempore contingit piæ memoriæ Beatum Ioannem Abbatem ad quãdam Eccleſiam Diui Iacobi Apoſtoli, quæ ſubiecta eſt Pulſanenſi Eccleſię,cum multis fratribus illius loci,vt ei mos erat,commorari;Vbi dum diù Dei nutu (vt credimus) moram faceret,euenit,vt granum, quod molẽdinum molere deberet, deficeret, & nihil extra foſſam reperire potuiſſet, tunc cœpit loci illius Prior, nè panis fratribus deeſſet, animo anguſtiari,& quoſdam de fratribus in foueam,vbi granum erat,tentans deponere, nullum penitùs propter nimium calorem cooperitionis foueæ inuenire potuit. Illicò (alio reperto conſilio) quemdam alium fratrem ſtrenuum ad ſe vocauit,&,vt operam in tali negotio daret,admonuit, mox frater ille fecit ſe funiculo ligari, & in foueam deponi,tale fratribus dans mãdatum, vt ſi moueret funiculum,quàm citiùs de fouea eum extraherent; Quo depoſito,& ſatis tribus de grano ſublatis, frater, qui depoſitus fuerat, raptus in ſpiritu,cecidit;Videntes autem fratres, qui ibi aderant, quod moram innecte-

ret,& nihil de grano eis vltra tranſmitteret, magnis vocibus eum proprio nomine clamare cœperunt,& cum vidiſſent, quod eis nullum redderet reſponſum, mortuum eſſe eum flebili voce lamentari cœperunt: Extrahentes autem eum velut mortuum, & de vita eius pœnitùs deſperantes, ante ſuam præſentiam in terra eum collocauerũt, qui frater, vt ipſe poſtea retulit, ſtatim, vt cecidit, quodammodo factus eſt exanimis,& (vt viſum ei fuit) mox quidam ſplendidiſſimus Angelus ad eum veniẽs per manum tenuit, & ex ſiniſtro latere teterrimus,& multum horribilis ſpiritus malignus apparuit, qui tenens eum,& de manibus Sancti Angeli tollere cupiens, vehementèr trahere cœpit, & in voce erumpẽs, talia protulit verba, Quid eſt, quod facis? Quæ ſocietas iuſti cum iniuſto? Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Eſt plenè (vt ego video) nam ſi iuſtus, vt dicis, eſſet, iſte tibi coniungi non poſſet, iſte omninò mihi ſeruiuit,& à meo ſeruitio non receſſit, idcircò à me, & à meis ſeparari non poterit: Cui Sanctus Angelus reſpondit, licet peccauerit iſte, pœnitẽtiam tamen egit,

& San-

&c Sanctæ Religionis pro Dei amore habitum ſuſcepit,& hæc eſt ſumma iuſtitia, vt à pio Domino non puniatur, ſed vt filius in ſuo Regno recipiatur;Nam per Prophetam olim ipſe loquutus eſt,dicēs. Nolo mortem peccatoris,ſed,vt conuertatur, & viuat. Ad quem ſpiritus nequam ait,ſi Monachi habitum ſumpſit,vitam in melius non correxit, vt ipſe aſſeris,& ſi habitum Monachi portauit,tamen vitā Monachi non tenuit, & mores ſuos in melius non commutauit, & ideò per omnia iſte meus eſſe debet; Et Angelus ait,hæc opera, pro quibus damnari debeat, ego in eo minimè inuenio; Verūtamen procedamus ſimul ad iuſtum Iudicem, qui culpas hominum iuſto ſuo examinat iudicio,& nullius perſonam accipit in iudicando. Ad hæc Sathanas reſpondit,ſi tuus (vt aſſeris) iuſtus eſt Iudex,iſtum à meo conſortio non ſeparabit;Et indignatus Sanctus Angelus aduerſus eum dixit; Obmuteſce miſer omni honore priuatus,& creatorem pijſſimū cœleſtium, & terreſtrium noli dicere iniuſtū, qui ſuper humanum genus pius, & miſericors eſt, & pœnitentibus culpas relaxat, &

veniam indulget,& parcit: Hæc, & quamplurima alia frater videns, & audiens cœpit nimium,nè à Dęmone ad loca pœnalia duceretur,pauere. Ad extremũ verò antè Tribunal, & nimium pauendum peccatoribus Iudicem ſtatuitur, qui Iudex tantæ pulchritudinis ei videbatur,vt ſplendor vultus eius Solis claritatem ſuperaret;& aſpectum illius nullus mortalium præ nimia pulchritudine videre poſſet; In circuitu namq; Throni, & Maieſtatis eius præclaram vidit familiā ſuis verſis vultibus ad ipſam Maieſtatē aſpicientem,& inenarrabili lætitia gaudentem,quã, & nulla vnquam hominum lingua enarrare poterit;felix,& lætabundus ibi omnium Sanctorum innumerabilis Chorus aſſiſtens, tãtam Maieſtatem infatigabilitèr collaudabat. Accepta quippè diuinitùs frater ille, qui iudicandus aſtabat quadam fiducia, cœpit tantæ Maieſtati tremens dicere, Pijſſimè,& Clementiſſimè omnium Plaſmator, & Redemptor miſerere mei,& nè patiaris me ab iſto Dęmone, qui grauitèr inſequitur,detineri, & in Infernum cum Angelis eius demergi,& damnari. Recordare Altiſſimè,&

mi-

miſericors Deus,quod tui ductus amore Ieroſolymã corde contrito, & humiliato adij, vbi humanam carnem de Sancta, & Immaculata sẽper Virgine Maria propter humani generis redemptionem accepiſti, vbi natus, pro iniuſtis ſuſpenſus fuiſti, & ſanguinẽ tuũ Thronis, & Angelis omnibus venerandum in noſtram Redemprionem fundere voluiſti,& ubi in Sepulchro iacuiſti verus Deus,& Homo;vndè die tertia reſurgere voluiſti,nè caro tua Sancta videret corruptionem; & indè Cœlum aſcendiſti die quatrageſima poſt glorioſam Reſurrectionem tuam,ut tecum captiuitatem noſtram duceres captiuã: Poſt hæc ad locum Natiuitatis meæ rediẽs, conſilium ſaluationis animæ meæ ardentèr quæſiui, & citiùs inueni, & ſub magiſterio deuotiſſimi ſerui tui Ioannis Pulſanẽſis Abbatis Monachi habitum accipiens, hucuſq; permãſi;Et nè alicui ea,quæ dicimus,& quę (Deo inſpirante) dicturi ſumus,incredibilia eſſe uideantur,omnes fratres illi,qui ad illud ſpectaculum,& ualdè admirandum, & inuſitatum cõuenerant miraculum, inuoco teſtes;omnes enim illas uoces, quas frater ille

emit-

emittebat,ita audiebant, ut,ſi benè ſanus inter eos loqueretur; Sed, ut uidit ille frater, quod nullum ab illa admirabili Maieſtate reſponſum acciperet,cœpit Sanctos, qui adſtabant unumquemque per nomen propriũ in ſuum auxilium inuocare, dicens, Sancta Maria Mater Dei ora pro me, ſic, & cœteros,ut frater poſtea affirmauit.O res nimium admirabilis,& ſatis ſtupenda,ut quicunque Dei adiutus auxilio ibi peruenire poterit, omnes Sãctos notos habebit,ibi omnes omnia ſcient,uerba ceſſabunt, & mutuo corde loquentur,ibi eſt ſuauitas magna,& trãquillitas,ibi omnis declaratio , ibi tale gaudium, & gloria erit,ut rectè Apoſtolus dicat. Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.Et contemplans ipſemet frater illam præclaram familiam , nimium in aſpectu eorum delectabatur (& ſi fieri poſſet) ab illo tam pręclaro,& Sanctiſſimo Cõuentu nunquam uellet diſiungi,ſed cum uiderit ſe nullum ab eis habere reſponſum, ſicut ei uiſum fuit,& intelligere potuit, omnium ad preces ſuas Sanctorum aures inclinaſſe,

naſſe,ſtatim exclamauit, cum gemitu dicēs; O pijſſimè Sanćte Pater Ioannes, in tam magna ſuccurre neceſſitate, tuo ſuccurre Monacho; Nè dum uerba finierat, & ecce Beatus adeſt Ioannes antè præſentiam Maieſtatis. Nemo fidelium credere debet tam præclaram, & Deo caram familiam ſuis orationibus,& meritis prædićtum fratrem ab illo Dęmone non poſſe liberare; ſed Dei nutu hoc aćtum eſſe dignoſcitur, ut Sanćti eum minimè liberarent pro maiori gloria Beati Ioannis,nam quanti meriti apud ſe eſſet ipſe electus famulus ſuus Ioannes oſtēdere Dominus uoluit,ut fidelibus populis longè,latèq; ipſius Sanćtitas demonſtraretur; Et tuēs in eum humiliato capite, & uoce ſupplici dixit; O Rex totius pietatis, & miſericordiæ eſto placabilis omnibus ad te clamantibus, reſpice ad ſerui tui preces, ut hunc Monachum tuo amore obedientem clemētèr ab ipſo Dęmone, qui feſtinat eum tradere ad ſupplicia ſui cauſa pręparata,liberare digneris,ut fiducialitèr in Eccleſia tua militem,et quoſcunque potero à Diaboli ſeruitio extraham fidelitèr,et ſi iuſtum perire permiſeris,

quæ

quænam ſpes de aliorum ſalute remanebit? Eripe ergo eum potenti tua virtute, vt miles,& prçuius huius Ordinis tuus eſſe valeã. Ad hæc Dęmon reſpondit, iſte nunquam fuit tuus Monachus,nec præcepto tuo in foueam introiuit: Cui Beatus Ioannes extendens manum verſus Sanctum Benedictum inter alios Deicolas ſedentem,reſpõdit; Surgat Diuus Benedictus,& teſtimonium mihi reddat,qui Pater omnium dignoſcitur eſſe Monachorum, ſi non præcepit ipſe in Regula ſua, vt Præpoſitis, & Decanis omnes Monachi,vt Patri,obediant, quia nõ omnia, quæ in Monaſterio aguntur per Abbatem fieri poſſunt: Mox Beatus Benedictus de Sede (capite inclinato)Maieſtati dixit; Verũ eſt,ſicquè ad ſuam reuerſus eſt ſedem: Ille artifex omnis malitiæ inuentor iterum intulit dicens; Et quomodo tuus eſt Monachus, cum ſcapulare non ſit indurus, & Monachi habitum ſuper ſe nullum habeat? Et Beatus Ioannes iterum protenta manu ad Beatum Benedictum ait,& teſtimonium ferat,ſi ipſe non conceſſit Monachis,vt ad opera manuũ fratres pro ſcapulare ſchema haberent; Sur-

gens

gens Beatus Benedictus reuerentèr Maieſtatem adorans,dixit; Verùm eſt, & ad ſuum redijt locum,& ita traditus eſt Monachus in manibus Beati Ioannis Abbatis, & vt ſe indueret, præcepit; Tunc frater ille cœpit clamare,dicens; Induite me ſcapulare; fratres autem, qui aderãt,audiẽtes eum ita clamantem,induerunt eum, qui mox, vt fuit indutus, viſum ei fuit, vt lorica indutus fuiſſet, ſtatimquè cœpit magnis vocibus clamare; Veniant modò, & mecum pugnent, quia paratum ſum pugnare contrà eos: Sed cum fratres neſcirent contra quos clamaret,dixit; Non videtis Dæmones, qui aduerſum me pugnare volunt? Sic frater ille ad ſe reuerſus,& ab illa magna viſione remotus,ductus eſt in Eccleſiam; Nullus autem fratrũ Sanctiſſimo Patri Ioanni,ea,quæ audiuerant,auſus fuit nunciare; quia ipſe Pater in Cella reſidens maximos plãtus cum lachrymis emittebat; Sed poſtquàm frater ille ad ſe benè reuerſus eſt,venit ad Beatum Ioannẽ,pedeſquè illius cœpit deoſculari, & quid vidiſſet,& audiſſet,& perpeſſus fuiſſet,& quomodo per eum à Dæmone liberatus fuiſſet, retulit;

tulit; fratres verò omnes, qui præſentes fuerant, teſtimonium dabant omnium, quæ acciderant, & ſicut frater recitabat, teſtificabãtur; Quod Pater audiens, vnà cum fratribus benedixit Dominum, qui ſaluos facit ſperantes in ſe.

Monachus ſpernens iuſſa Beati Ioannis in profundiſsimã voraginem labitur, & precibus eiusdem ex illa incolumis educitur.

CAPVT XXIX.

VIr iſte Sanctiſſimus Ioannes, quantæ præcipuæ Sanctitatis, quantorũ egregiorum meritorum apud Deum, & homines extiterit, quanto etiam eximio prę conio vitam eius celeberrimam Diuina Clementia vbiquè clarificauerit, perſpicuè in ſequenti magis declarabimus. Quodã namquè die, dum idem Beatus Ioannes in Cœnobio Pulſananſi moraretur, contingit eum apud

apud Beati Iacobi Apoſtoli Eccleſiam accedere,& eiuſdem loci quædam vtilia iuſtè diſponere; Conuocans autem ad ſe quemdam ex fratribus (Guilielmum nomine) qui priùs in ſeculo, in Monte ſcilicet Gargano ex nobili genere ortus ſtrenuè inter ſuos contubernales militauerat, paterno ei affectu qualitèr ſe prępararet, & cum eo in itinere pergere deberet, præcepit: Iuſſit tamen ei, vt quoddam inſtrumentum, quod in itinere necesſarium valdè erat, ſibi prius deferret: Ipſe verò frater proteruo ſpiritu indignatione cõmotus, Viri Dei verba omninò deſpexit, atquè adimplere contempſit: Quantum autem horrendum, & quantum perniciosũ ſit Sanctorum Virorum iuſſa paruipendere, rerum exitus comprobat; nam ſupradictus frater, qui Viro Dei deferre renuit, quod ſibi iuſſerat, ſolus tandèm iter arripuit, quem illius vltio illicò ſequuta eſt; Deus enim electis ſuis dicere dignatus eſt; Qui vos ſpernit, meipſum ſpernit; Cũ igitur iam vnius milliarij ſpatio à Viri Dei præſentia æquitando diſtaret, ſubitò in profundiſſimam, atquè obſcuriſſimam terræ voraginem cum equo in

quo ſedebat mirabilitèr lapſus eſt. In ipſa autem. Viri Dei progreſſione Sãctiſſimus famulus Domini Iordanus cum eo comitabatur; Mox verò, vt iam dictum fratrem in illam horrendam foueam Venerabilis famulus Domini Ioãnes, qui valdè ab eo diſtabat, per ſpiritum agnouit, ſtatim in amariſſimas lachrymas prorumpens, ſic ait, properemus quantociùs fili; quia frater ille, qui nos à longè præceſſit, iam in baratrum mortis lapſus eſt: Statim verò, vt ad locum, in quo ille ceciderat, peruenerunt, omnes, qui aderant, in luctu pariter conuerſi ſunt: Vir autem Domini Ioannes, cum videret, quod nullus eſſet, qui ſe in illam horribilem voraginem ad illum fratrem extrahendum immitteret, ex diuina confiſus miſericordia cum Beato paritèr Iordano in oratione ſe protinùs graui cum mærore proſtrauit; Surgentes autem ab oratione, quidam repentè antè eos adfuit Iuuenis ſplendidiſſimus, & decorus aſpectu, qui ſe in foueam velut auis aerem ſecãs immergens, foras extraxit: Poſtquam verò ad priſtinam ex integro rediјt incolumitatem, is, qui eum de fouea eduxerat Iuuenis, talitèr

tèr alloquutus eſt. Diuinæ Clemẽtiæ ineffabili pietati ſuper innumeras grates perſoluere non deſiſtas,perpende ſiquidèm,& diligentèr conſidera, quia huius Sãctiſſimi famuli ſui Ioannis meritis, à mortis te cõfinio æternæ Maieſtatis Clementia te liberauit; Et hæc dicens, ab oculis omniũ ſubitò elapſus eſt: Videntes autem omnes,qui aderant, Omnipotẽtem Dominum tam præclara per famulum ſuum Ioannem mirabilia operantem, immẽſas Diuinæ Maieſtati laudes unanimitèr perſoluere non deſiſtebant,qui glorificantes ſic Sanctos,ita glorificare, & magnificare quotidie dignatur, ad ædificationem,ſcilicet vniuerſorum ſuorum fideliũ, atquè ad laudem,& gloriam ſuæ ineffabilis Maieſtatis.

Obitus Sanctisſimi Patris Ioannis Abbatis Pulſanenſis.

CAPVT XXX.

VEnerabilis itaquè Ioannes Pulſanenſis Eccleſiæ Abbas tanta Sanctitate fulge-

gebat, vt nihil ferè abſque inquiſitione, & reſponſione ageret; Cum uerò cogitationũ ſecreta reuelaret,& futura, quaſi præſentia prædiceret (ipſo etiam Rege Siciliæ atteſtãte) cui omnia, quæ prænunciauit,immobili veritate contingerãt, ipſos magnos Prophetas in ipſum conſpicio. Quando inſupèr habitatorem Eremi accipio, quã plurimis incoluit annis (quamuis quidã in ipſum Eliã, & Ioannem Baptiſtam cernere velint) Ego autem confidentèr dico Paulum, & Antonium in ipſum intueor. Cumquè uarias per eum Dominus ægritudines ſanaret,mortuos ſuſcitaret, quanquam Apoſtolis adæquare non audeam, Apoſtolicum tamen Virũ pleniſſimè contemplari poſſumus; Deniq; quia Sancti omnes virtutum variarum conglutino in vnum corpus,cuius caput eſt Chriſtus, coniunguntur, cum omnibus Sanctis iuncturam habuiſſe diſcernimus. Qui,cũ(corripiente febre) mortem ſibi imminere cognoſceret, & ex more in ſtrato,in quo iacebat viliſſimo,conſediſſet, eleuãs oculos,ſubridens,ait;Quid iniquitatis operarij quæritis? Nunquid nam aliquid veſtrum in me recogno-

gnoſcitis? Vt canes namquè rapacitate, & rabie æquè expetunt,& morticinum ſibi dimiſſum, & carnem omni ſanguinis contagione mundatam, humanis uſibus conſeruandam, ita, & uos; ſed in uanum laboratis; nihil in me mortiferum reperire poteſtis: Quapropter hinc procul abite: Ad hanc uocem omnis diabolicæ fraudis uerſutia ſtatim euanuit, & è Regione Sanctorum Angelorum Chorum adeſſe proſpexit;quos cum uideret, talẽ narratur orationẽ fudiſſe ad Dominum. Infinitæ miſericordiæ Deus, qui nõ hominum merita, ſed gratiam tuam in eis remuneras, undè gratiam tuam pro gratia rependis,abſtrahe me à carcere iſto,& diſrũpe uincula mea, & per manus iſtorum Angelorum tuorum hoſtiam uiuam me recipias,& per omnia ſecula me te benedicere iubeas,ſicquè caput deorſum inclinãs, duodecimo Kalendas Iulij, Anno ſalutis noſtræ milleſimo centeſimo trigeſimo nono apud Sanctum Iacobum in pace quieuit; reſidente in Sede Apoſtolica Domino Innocentio Vniuerſali Papa Secundo,& Rogerio Rege Siciliæ, lugentibus Diſcipulis pro tanto Pa-

tre

tre perdito, & lætantibus Angelis de tanto collega à Deo ſibi conceſſo; Cui prætioſam animam magno cum tripudio in cœleſtem pertulerunt Ieruſalem, cum Sanctis perenniter Deum collaudantem.

Beatus Ioannes poſt mortem apparet cuidam Monacho, dans ei ſalutis monita.

CAPVT XXXI.

POſt deceſſum Beatæ memoriæ Sāctiſſimi Ioannis Pulſanenſis Eccleſię Abbatis quidam cum magnis affectibus flagitabant, vt quibus, dum onere carnis intuitus erat fulgoribus, eiſdem, vel maioribus carne ſolutus rutilaret ſplendoribus, cumq; in hac prece iugitèr inſtarēt; & propriæ ſenſualitatis ſuperbiam minimè abſtinētiæ parſimonia edomarent, cuidam eorum Sanctus Vir dignatus eſt apparere, & quare indignè poſtulata, dignè repulſa ſperneret, prohibere: Omni inquit altitudine conſtat Deum eſſe

eſſe altiorem, & tamen humana fragilitas non niſi humilitate ad eum valet accedere; ſi enim te eleuas,diſcedit; Nè igitur ſuperbiæ temerè faſtu eleuamini, & nè contrà alios beneficio Dei,tanquam de veſtro, gloriamini, atque,nè obedientiam humilitatis diſciplinam veſtram moribus exhibere dedignamini,quæ ad laudem,& gloriam ſuam per me facturus eſt Dominus non abſtulit, & ſic affatus,in locum ſuum ſe recepit.

Beatus Ioãnes, licèt vita functus, minatur Monacho tẽtanti ſuum. corpus veſtibus exuere.

CAPVT XXXII.

POſtqùam igitur ex hoc Mundo Beatiſſimus Ioannes Pulſanenſis Cœnobij Abbas migrauit ad Dominum, luctus ingens exortus eſt omnium fratrũ,quos Pater benigniſſimus ad Dei ſeruitiũ aggregauit,& ad amorem Patrię cœleſtis paternis admonitionibus, & vitæ ſuæ exemplo pro-

uocauerat: Videntes autem,quod proprium amiſerant Patrem,vocé flebili deplorabant, dicentes; Vt quid Pater proprios deſeris filios? Cui cōmittis tàm deuoti gregis tui curam? Quis à ſuperuenientibus malignis ſpiritibus,vt tu,defendere valebit? Nè quæſumus deſeras gregem, quem à faucibus Leuiathan, de turbinibus huius labentis ſeculi abſtraxiſti. Iam portionem tuam intus Chriſticolas, quos Sancta conuerſatio vexit in aſtris,te pro meritis habere credimus; Obtine quæſumus Sanctis tuis precibus illuc tuū puſillum peruenire gregem, quo te perueniſſe ſperamus. Talia,& huiuſmodi præſtabant,clamantes fratres omnes, voceſquè ad ſydera dantes: Poſt hæc recepta conſolatione,vt filij deuotiſſimi inter ſe dicebant, ſatis eſſe cōgruum,vt pro Patris ſui memoria, ſaltem veſtimenta, quibus erat indutus,apud ipſos in eadem Eccleſia ſummo cum honore reſeruarentur; Ad hæc Vir quidam de fratribus vitæ venerabilis, & omni honeſtate decorus,qui Patri familiariſſimus, & fidelis extiterat,cū timore, & lachrymis ad corpus ſacrum exanime antè Sanctum Altare Beati

Ia-

Iacobi iacens, acceſſit, & veſtimenta tangere, ac Patris Reuerendiſſimi corpus exuere voluit; Mox autem, vt corpus Patris tetigit, viſum eſt ipſi fratri Abbatis faciem contrà ſe volui, vocẽq; talem ſibi à corpore dimiſſam inſonare; Quid agere frater diſponis? Quàm citiùs opus cœptum dimitte, qui territus illicò diſceſſit, reuerſuſquè ad fratres, quod ei contingerat, retulit.

Volentes extrahere Beati Ioannis corpus, à magna, & ſubitanea impediuntur tempeſtate:

CAPVT XXXII.

HIs autem peractis, quomodo illud Venerabile corpus ad Pulſanenſem trãſferrẽt Eccleſiám, omni ſtudio præparatum fuiſſet, & iam corpus in lectica poni debuiſſet; tanta erat tunc Cœli ſerenitas, vt nulla prorſus nubes in aere appareret; ſed mox, vt ad corpus peruenerunt, tanta ſubitò erupuit pluuia, & grandinum terror, vt nul-

lus ex Eccleſiæ limite pedē mouere potuiſſet: Videntes autem,qui aderant, quod factū fuerat,omnes vna voce clamauerūt Dei nutu aduenisſe, nè ſacrum corpus de loco,vbi animam Deo tradiderat,moueretur, ſed ibi debita cum veneratione ſepeliretur, quod poſtea diſcipuli eius recordati ſunt, ſe ibi ſepeliturum prænunciaſſe; Quod,& factum eſt;nam iuxta Altare Beati Iacobi Apoſtoli, in dextro cornu Altaris in arca lignea,quam ipſe Pater comparari à viatoribus fecerat, eamquè reſeruādam præceperat futuris vſibus ſatis neceſſariā;In ipſa Arca corpus Beatiſſimi Patris noſtri Ioannis beatæ memoriȩ Sanctiſſimæ Dei Genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ Pulſanenſis Eccleſiæ Abbatis poſitum eſt,& diligentèr collocatum à ſuis filijs honorificè cum Sāctis in gloria perennitèr ſurrecturum. Amen.

Rex Rogerius Sancti Ioannis ſibi apparentis monitis deuotus efficitur Beati Iordani ſui ſucceſſoris.

CA-

CAPVT XXXIV.

SCripturus primum, quod poſt obitũ Reuerendiſſimi famuli ſui Ioannis ad Sacras Reliquias Dominus fuerit operatus, adorior; quicunque auditis, vt Deum mecum magnificetis, & ſanctis eius orationibus nos ſine intermiſſione commendetis, ac eius exemplo ad obedientiam Creatoris veſtri mentes veſtras accendatis; Tanti igitur Patris corporali præſentia deſtituti, ita ferè omnis valetudo, & mentis robur doloris magnitudine à nobis aufugit, vt qui vecordes, quid agere deberemus, ignorabamus: Tunc quidam de fratribus, cui intellectus erat ſanior, in medio fratrum aſſiſtens, talitèr eos eſt affatus, ſi corruptibili carnis mole, fratres mei, detentus Sanctus Pater noſter viam Dei nos docuit, & docendo mõſtrauit, quàm vehementiùs terrenis vinculis liber, Sapientiæ Dei longè alio modo, quam priùs inhærens, æſtimatis non poſſe nobis temporalia, & ſpiritualia miniſtrare? Ad hãc igitur vocem tanquam de ſomno excitati,

il-

illum,quem in eius inſtitutionem potiorem, & ſcientiorem apud Deum, & homines reperire valuimus, nobis in Paſtorē eligamus. Quod audiens Rex Siciliæ Rogerius per cartulas,& nuncios creberrimos (qua occaſione impulſus neſcio) noſtrum ad ſe vocabat Electum; Paſtor namquè diſciplina ſancta edoctus,erat enim natura ſapiens, & prouidus,nè vlteriùs in hac electione ſuum quæreret ſuffragium,vel vltra quàm deberet videretur eius extitiſſe Dominum, non ire ad eum diſpoſuit;Cumquè legati eius non deficerent, & potiùs per dies ſingulos increſcerent, inuaſionem quoquè non tàm rerum, quàm perſonarum acritèr minarētur, ab ipſis Confratribus ſuis ipſe Reuerendiſſimus Dei famulus Iordanus Abbas electus,vt ire deberet,compellebatur, qui cum quadam die apud Sanctum Iacobum eſſet, & precibus fratrum compulſus,equos,vt iret ad Regem,inuitus ſternere iuſſiſſet, ad Beatiſſimi Patris ſui Ioannis ſepulchrum primitùs acceſſit;ibiquè talem fertur orationem fudiſſe ad Dominum. Trine,& Vne Deus incōprehenſibilis, & immenſe, qui tua Maieſtate

Or-

Orbem imples vniuerſum, qui etiam nobis hunc Sanctum famulum tuum in terra conceſſiſti, tua ineffabili pietate, & meritis huius Sanctiſſimi ſerui tui Ioannis nobis inſinuare digneris, vtrum ad hominem iſtum ire debeam, an non; Hac oratione peracta, mox de Sepulchro clarã inſonuiſſe vocẽ hãc præſentit. Nè ire, inquit, debeas, admoneo, ego namq; pro te ſufficiẽtèr Regi loquutus ſum, ſed mitte cum eis, quos tecum ducere diſpoſueras, fratrem Iohelem: Tali deniquè accepto oraculo, iuſſit eos cũ fratre, de quo monitus fuerat, feſtinare ad Regem, qui aliquantulùm in principio itineris pro Patre, quia cum eis non ibat, triſtes effecti, perrexerunt tandem ad Curiam, & ita familiaritèr à Rege ſunt recepti, & in doctrina moniti, & hortati, vt non ad Regem timendũ, ſed ad dilectionem fratris ſe ueniſſe gauderent: Poſt multa itaquè uerba illis familiaritèr prolata, rogat eos ipſemet Rex, ut ex parte ſua proprium ſalutarent Paſtorem, & pro exceſſibus ſuis cum Congregatione ſibi deuotè commiſſa Dominum dignaretur exorare; Dicebat namquè eis ipſe Rex, quia in

in-

inſtitutione illius Patris, qui ferè omnia quę- cunque ſibi, ut prædixerat, contingerāt, perſiſterent, nullam in temporalibus neceſſitatem pati eos permitteret.

Beatus Ioannes apparens Sabino Monacho ad mortẽ infirmo, eum à Dęmonum accuſationibus defendit.

CAPVT XXXV.

MEmorabile etiam factum, quod poſt hæc per famulum ſuum Ioannem in Eccleſia Sācti Iacobi Apoſtoli, quam ipſemet ædificauit, & in ea uenerabile corpus præfati Ioannis humatum eſt, Dominus fecit, noſquè ad ædificationem præſentibus, & futuris curauimus intimandum. Quidam namq; ex fratribus pro doctrina, & inſtitutione iam dicti Patris in prænominata Eccleſia cōmanentibus (Sabinus nomine) graui correptus languore, ad mortem ferè perduc-

ductus eſt, Cumquè fratres eum pro mortuo quoq; haberẽt, & eius anima penitùs diſceſſiſſet, ac per omnes horas expectarent casũ animæ ſuæ, vt ipſe poſtea non ſine gemitu retulit, perpeſſus eſt diſtractionem: Duo nãquè deterrimi Viri animam egreſſam à Corpore mox acceperũt, & cum ſub omni velocitate ad immania tormentorum genera ferre inciperent, ecce ſubitò Reuerendiſſimus Dei famulus Ioannes cum Choro Monachorum ibi adfuit, & eos, quare ſuum Monachum tãgere præſumpſiſſent, de poteſtate conſuluit; Illis autem ſuperbè reſpondentibus, non tuum, ſed noſtrum carpimus Seruum; Abbas Sanctus acriùs increpans, dimitti ſibi Seruum Dei inſtantiſſimè imperat, qui aliquantulùm viribus eneruati, rationẽ oſtẽdere conati ſunt Viri; Vndè eum, quem tenebant, de iure ſibi à Deo permiſſo ſuo mancipatu vendicarent; Quorum vnus librum, quem abſcõditum tenere videbatur, foras abſtraxit, atquè in manibus eius vndè altercatio fuerat, legendum aperuit, in quo aſpexit quæquè illicita ab ineunte ætatis ſuæ tempore contrà Deum, & animam ſuam uſ-

Hh què

què ad tẽpus monachatus ſui commiſerat; Hoc audiens Dei Seruus, ad eorum ignominiam ſubridens, & cum habitum ſuum eum induerat, hæc omnia eſſe deleta conſtantèr cœpit perſuadere; ipſi autèm, vt erant peruicaces, paginam memorati libri antè eum euoluerunt, quarè eum furtim, & contrà inſtitutum Abbatis poſt perceptum habitum caſeum comediſſe, vinumquè potaſſe, conuicerunt. Hac deniquè audacia confiſi violentèr (vt cœperant) aſportare nitebantur. Venerandus autem Vir quamquam non tãta poteſtatę tunc, vt poſt vtebatur cõtrà eos, nullo modo eum alibi ferri patiebatur, cũq; in hunc modum diù rixarentur; Ecce magnæ grauitatis, magnæquè poteſtatis mulier ibi adfuit, quę, vt intuita eſt Abbatem, ſtatim eos eiecit, & Monachum Sancto Dei famulo Ioanni reſtituit, ſequè vndè venerat feſtinans recepit. Præfato igitur Abbati cũ iam liberato Sabino, cæteriſquè, quos ſecum duxerat commanente, mox duo de fratribus in Congregatione illa adhuc in carne viuẽtes antè eos apparuerunt, quorum vnus frõtem, alter maxillam eliſam, confractamquè

ge-

geſtabant, de quibus iam liberato Sabino ſic eſt exortus Sanctus Abbas; Iſtos, quos ita vides foris aptatos, criminis communione intùs intellige vulneratos: Vade igitur, & quæ vidiſti Patri Monaſterij ſeriatim annuncia, vt hos ad pœnitentiæ portum ſalubritèr attrahat, qui ſi diabolico inſtinctu reſipiſcere, & Deo dignè ſatisfacere noluerint, grauiſſima infamiæ nota citò puniendos cõteſtetur; ſicq; factum eſt, ut unus eorum peccatum, quod egerat negando diabolica oſtinatione perſiſteret; alter uerò lachrymabilitèr confitendo ſaluus fieret. Ad laudem, & gloriam Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Digitized by Google

Rythmus continens Vitam Sancti Ioannis a Mathera Abbatis Sanctæ Mariæ de Pulſano.

IESu Redemptor omnium
Amor, & deſiderium,
Qui Pulſanenſem hodie
Vocas ad Thronum gloriæ.
Oranti præbe dexteram,
Qua laudes tui famuli
Ioannis Beatiſſimi,
Canam canoris modulis.
Matheræ hic exortus eſt
Honeſtis ex Parentibus,
Quem ſumma Dei gratia
Repleuit ab infantia.
Mundi ſpretis illecebris
Ab ipſa pueritia,
Pannis indutus vilibus
Sua receſſit Patria.
Tarentinam ad Inſulam
Ad quoddam Monaſterium
Greſſu perrexit concito,

Men-

Mendicus victum quęritans.
Factus eſt cuſtos ouium,
Polluit abſtinentia,
Ieiuna membra deferens,
Dapes ſupernas obtinet.
Fratres propter inuidiam
Panem prębebant modicum,
Famiſquè actus ſtimulo
Diſcedere conatus eſt.
Voce ſolatus Cœlica
Maris ad Ripam peruenit,
Nauim conſcenſus rapitur
Ad vltimum Calabriæ.
Mox adijt Siciliam
Vaſtiſſimam ad Eremum,
Ficus ſilueſtres comedit;
Herbæquè cibum afferunt.
Carnem domans ſupplicijs
Ad guttur vſque mergitur,
Dum ſomnus eum occupat,
Sic parans ſibi lectulum.
Cum Dæmone congreditur
In aqua dum peruigilat,
Qui formis ſibi varijs
Apparet, & conuincitur,

Eius

Eius Parentes interim
Propter guerram Genuſium
Ad habitandum fugiunt,
Illuc Ioannes aduenit.
Is Parentum præ foribus
Habitauit biennium,
Menſeſquè ſex incognitus
Vllum, nec verbum protulit.
Per quinque menſes minimè
Bibit, nec cibum alium,
Præter mortellas habuit
Cum ficubus ſilueſtribus.
Tunc propter abſtinentiam
Transformatus eſt adeò,
Vt vix eiuſdem Genitrix
Poſt tempus hoc agnouerit.
Repletus eſt ſcientia
Ei data diuinitùs,
Qua ſapientes inclytos
Superauit innumeros.
Petrus ei Apoſtolus
In ſomnis tum Genuſijs
Eccleſiam, vt reparet,
Sibi dicatam præcipit.
Dum calcis, atquè lapidum

La-

Laborabant inopia,
Afflatus Dei ſpiritu
Sub terra eſſe indicat.
Iniurias perpeſſus eſt
A quodam, qui dum moritur,
Adſunt Abbati Dęmones
Ferentes eius animam.
In carcerem conijcitur,
Dum accuſatur Comiti,
Theſaurum qui expetijt,
Quem inueniſſe traditur.
Ad ianuam, dum carceris
Solutis iam compedibus,
Peruenit,eam aperit,
Hoſtes tranſit incognitus.
Apuliam ex Capua
Venit,Guilielmum linquere
Domum petit,is noluit,
Ignis conſumit omnia.
Poſt adijt Tricaricum,
Vndè perrexit Barium,
Abbas vbi delatus eſt
De hæreſi,& blasfemia.
Ductus eſt ad Epiſcopum
Affectus contumelijs,

Ac

Ac demum iuſſu Principis
Ereptus,& dimiſſus eſt.
Ad Garganos,dum aduenit
Cuncta delicta arguit,
Cuius oratus precibus
Deus conceſſit pluuiam.
Pulſanum tandèm properat,
Vbi complures mancipat,
Pijſquè de ſeruitijs,
Miraculiſquè innumeris.
Dum puer quidam nobilis
Iam lapides colligeret,
Percuſſus penè moritur,
Precibus eum ſuſcitat.
Captus amore fœminæ
Ruſticus cum Diabolo,
Si potiretur pactus eſt
Animam ſibi tradere.
Ad Montem is,cum redijt,
Diabolo renunciat,
Quem Dæmon,dum pręcipitat,
Ioannes eum liberat.
Mulier,& puerulus,
Dum eſſent penè exanimes,
Pijs orationibus

Sunt

Sunt ſanitati redditi.
Sacerdos quidam ſeculi
Monachi ſumpſit habitum,
Interrogatus tacuit
Pecuniam abſconditam.
Tunc Pater iuſſit fodere,
In quodam loco properè,
Pecuniam reperijt,
Quam confiteri noluit.
At frater dum pecuniam
Quærit ipſe reconditam,
Ibidem non reperiens,
Quàm triſtis is efficitur.
Quod Pater cernens ſubitò
Pecuniam ei obtulit,
Et,vt diſcedat præcipit,
Quod pœnitens is noluit.
Multa præuidit ſpiritu
Prophetico, ſed minimè
Ei credentes Socij
Vera eſſe experti ſunt,
Multos ad Chriſtum conuocat
Cum his patrem, & filium,
Pellit ſua præſentia
Illuſiones Dæmonum.

Mortuus quidam Socius,
Ioanni cum innotuit
Abbati, tunc recubuit
Super corpus præmortui.
At ſtatim,ac præſenſijt
Corpus Monachi paululùm,
Per manum illum protulit,
Reſedit is in lectulo.
Salpim eundo fluuium
Sicco tranſit veſtigio,
Quem tranſmeando minimè
Tranſire aliquis poterat.
Dum aqua cadit nimia
Haud perfuſus tranſijt,
Id cognoſcentes Socij,
Reuerentur quàm maximè.
A Regis Satellitibus
Quidam captus, vt ſolueret
Non valens,quem ſatellites
Multis vexabant actibus.
Hunc Abbas ſomno monuit
Iter aliud capere,
Atquè quò vellet,pergeret,
Nam nullus ipſum læderit.
Dei nam ſumma pietas

Ip-

Ipſum quidem eriperat,
Qui eius implens monita
Sic demùm liberatus eſt.
Pergens Pulſanum reperit
Abbatem, quod acciderat
Ei narrando gratias
Deo, & ipſi retulit.
Quadam die conſocios
Abbas mittit ad nemora.
Vt indè ligna cederent,
Quibus domum conſtruerēt.
Quod ſentiens diabolus,
Cum armatis innumeris
Dæmonibus apparuit,
Fugæ mandat perterritos.
Statimquè Pater adfuit
Virgam geſtans in manibus,
Micans nitore maximo
Hoſtes virga perſequitur.
Quos fortitèr percutiens,
Eius ante præſentiam
Euanuerunt ſubitò,
Omnes fugauit ſtrenuè.
At Pater tunc euanuit
Fratrum ſtatim ab oculis,

Qui remanſerunt ſtupidi
Mira Dei potentia.
Tunc fratrum vnus redijt,
Adiuit Monaſterium,
Agens Abbati gratias,
Quod ſic eos eriperat.
Quod audiens Sanctiſſimus
Ioannes, Deo gratias
Defert, nec ſuis meritis
Id aſcribendum prædicat.
Serpens quidam proſilijt
In fratrem, ſed non nocuit;
At Pater tunc interminat,
Nè quiſquam eum læderet.
At quidam parui faciens
Iuſſa Patris capeſſere,
Serpentem tunc interficit,
Veneno, qui perfuſus eſt.
Pater currens præpoperè,
Aquam afferri præcipit,
Quam benedicens, bibere
Iuſſit, dolorem mitigat.
Quidam Abbatis Monachus
In lecto, dum quieſcerat,
Per viſum quemdam conſpicit

In

Digitized by Google

In mundo ſibi cognitum.
Dixit ei,me ſequere
Eundo,ſic conſpiciunt
Pontem dudùm in flumine,
Quem pertranſire opus eſt.
Pons ille cœpit tremere,
Sic tranſeundo peruenit,
Dux propè finem cecidit,
Nec amplius apparuit.
At frater tranſit pauidus
Chriſti vocato nomine,
Sed ipſe tandèm deuenit
Ad locum amæniſſimum.
Innumeros hic conſpicit
Silentes quidèm homines,
Quos tranſiens, Palatium
Intrat ſpecioſiſſimum.
Et ibi multitudinem
Vidit gentis pulcherrimæ,
Cognouit, ſed is neminem,
Portam intràuit aliam.
Domus apparet lectulis
Ornata, Venerabiles
In quibus quidam homines
Quieſcunt ſic ſuauitèr.

Agno-

Agnoſcit ibi plurimos
In mundo, qui extiterant
Pulſanenſis Cœnobij,
Ioanniſquè Diſcipuli.
Inter quos Oddo cernitur
Sedens non dum in lectulo,
Qui de multis interrogat
Suis fratrem conſortijs.
Interrogans, ſi equidèm
Oddo, ſi benè valeat,
Patris reſpondet meritis
Ioannis benè valeo.
Sed plenum Dei gaudium
Non dum ipſe poſſideo,
Nec lectulum introeo
Mihi paratum equidem.
Culpas commiſſas plangere
Abbati Beatiſſimo
In mundo, dum exiſterem,
Dicere, Parce, diſtuli.
Sed rogo, mihi veniam
Iordanus ipſe impetret,
Quod ſi Pater conceſſerit,
Statim lectum ingrediar.
Quod ſtatim, ac euigilat

Fra-

Digitized by Google

Frater, Ioanni retulit,
Cui conceſſit veniam,
Dum Oddo ei apparuit.
Quidam, dum paruifacere
Iuſſa Viri Sanctiſſimi
Putat Beati Barnabæ
Sacerdos Monialium.
Ex improuiſo moritur,
Ioanni reuelatum eſt,
Pœnas plangere maximas
Illum quidem in Inferis.
Motus miſericordia
Deum Abbas precatus eſt,
Annos duos, vel circitèr
Ille pœnis ereptus eſt.
Frumentum dum deficeret,
Frater intrauit foueam,
Calorem vbi nimium
Intus adeſſe reperit.
In ſpiritu tunc cecidit,
Apparet velut mortuus,
Tunc adeſt ei Angelus,
Adſiſtit, & Diabolus.
Tenebat eum Angelus
Per manum, cum Diabolus

Au-

Auferre tunc conatus eſt,
Trahendo quantum poterat.
Sed, cum non poſſet vincere,
De Angelo conquæritur,
Quod Sanctus cum exiſteret,
Iniquum ſibi tolleret.
Excuſat eum Angelus
Egiſſe pœnitentiam,
Licèt priùs peccauerit,
Monachus tandèm factus eſt.
Reſpondit tunc Diabolus,
Quamuis ſumpſerit habitum,
Vitam iſte Monaſticam
Non, ſed priorem tenuit.
Concordes tunc ad Iudicem
Pergunt, ſed frater pauidus
Timet, nè ad pœnalia
Deferatur ſupplicia.
Immenſæ pulchritudinis
Iudex ibi conſpicitur,
Cui circumſtabant Angeli,
Sanctiquè omnes hilares.
At frater ille ſupplici
Voce rogare Iudicem
Cœpit, vt ipſum eruat

De

De manibus Diaboli.
Narrat quanta pertulerit
Eius amore liberè,
Ieroſolymam adijt,
Luſtrans eius cunabula.
Locum quoque ſupplicij
Viſitauit,& tumulum,
Poſtmodum inde rediens,
Ioannis fit diſcipulus.
A Iudice nil impetrat,
Sanctos adſtantes rogitat,
Matremquè Dei Virginem,
Orent,vt pro ſe Dominum,
Cuncta,quæ dicit,audiunt,
Frater extractus fouea,
Prior,& Condiſcipuli
Mirantur omnes maximè.
Nullum reſponſum habuit
A Sanctis,ac à Virgine,
Tunc voce lachrymabili
Ioannes vocans intonat.
Ioannes ſtatim adfuit,
Suum defendit Monachum,
Confunditquè Diabolum
Reſponſis mirabilibus.

Ad Benedictum inclytum
Ducem Vitæ Monaſticæ
In teſtem Abbas inuocat,
Dum Dæmon quidquam obijcit.
Reddit tunc teſtimonium
Benedictus,quod Monachis
Licet habere liberè
Schemam pro ſcapulario.
Ioanni frater redditur
Ereptus à Diabolo,
Clamat ſic vitæ redditus,
Afferte ſcapularium.
Indutus clamat ſubitò,
Qui me impugnat exeat,
Nam armaturam teneo,
Qua ſuperabo omnia.
Adſtantes tunc interrogant,
Quo cum pugnare cogitat?
Dicit adſtare Dæmones
Ad pugnam, qui ſe conuocat.
Abbatem tunc is adijt,
Magnas agendo gratias,
Qui benedixit Dominum
Per infinita ſecula.
Monachus quidam Garganus

No-

Digitized by Google

Nobili ſtirpe genitus
Cum Patre ire noluit.
Eius iuſſa deſpiciens.
Iter prius arripuit
Solus, Abbatem minimè
Expectans, Dei vultio
Quem ſtatim ſubſequta eſt.
In uoraginem lapſus eſt,
Quod Abbas Dei famulus
Cognoſcens tunc in ſpiritu
Illuc currit quantociùs.
Et videns quod extrahere
Illum non poſſet, concitè
Orationem fundere.
Cępit Deo cum lachrymis.
Tunc adſtat quidam Iuuenis,
Intrat diram voraginem,
Ab imo fratrem liberat;
Foras educto præcipit;
Ioanni grates agito,
Cuius meritis Domini
Liberauit Clementia
A mortis te confinio.
Quot Deus mira opera
Sui precatu Seruuli

Effecit,quis nam numero
Valuerit comprehendere?
Ægros ſanat innumeros,
Mortuos plures ſuſcitat,
Et alia miracula,
Dum vixit operatus eſt.
In febrem Abbas incidit,
Dæmoni,qui apparuit,
Dixit,nihil mortiferum
Certè in me reperies.
Demùm prçcatur Dominum
Educat,vt ex carcere
Suam beatam animam,
Carnis diſrumpens vincula.
Ioannes tandèm moritur;
Apparet poſt hæc Monacho,
Cui præbuit monita,
Vt ſeruet ſaluberrima.
Ioannes hic Sanctiſſimus
Pulſanum propè obijt
Dicata in Eccleſia
Diui Iacobi nomini.
Subiacet hæc ædicula
Pulſanenſi Cœnobio,
Id fuit duodecimo

Ka-

*K*alendas Menſis Iulij.

Currebat iam tunc temporis
Annus quidèm milleſimus,
Nec non ſupra centeſimum,
Nonus, atquè trigeſimus.

Succeſſor Petri inerat
In Sede Apoſtolica
Papa tunc Innocentius;
Ac regnante Rogerio.

Lugebant tunc diſcipuli
Pro tanto Patre perdito,
Sed lætabantur Angeli
Adepto pro conſocio.

Quam magnus luctus factus eſt,
Abbas poſt quam defunctus eſt,
Conclamauerunt Monachi,
Nos cur iam, Pater, deſeris?

Te deprecamur largiùs,
Defende nos in ſeculo
Tuis orationibus,
Cœli Ciuis dum factus es.

Tecum nos tuos famulos
Regna duc ad cœleſtia,
Vbi cum Sanctis omnibus
Deum cernis perenniter.

Vir

Vir quidam de Confratribus
Corpus illud Sanctiſſimum
Cupiebat exuere
Pro magna reuerentia.
Ioannes fratri viſus eſt
Ad ſe voluere faciem,
Monens illud quantociùs
Cœptum opus deſerere.
Diſceſſit frater illicò
Tali voce perterritus,
Narratquè cunctis fratribus
Sibi quidquid acciderit.
Putabant Venerabile
Corpus fratres extrahere,
Ad Pulſanenſem ducere
Cogitantes Eccleſiam.
Erat tunc Cœlum lucidum,
Nulla nubes in aere,
Mox, vt ad corpus veniunt,
Magna tempeſtas oritur.
Pluuia, & grando cecidit
Ex improuiſo maxima,
Terror concuſſit nimius
Cunctos ibi qui aderant.
Videntes hi, quod minimè

Li-

Licebat pedem ponere
Extra limen Eccleſiæ,
Dei manui tribuunt.
Dicentes vnanimitèr,
Id Dei nutu cadere,
Ex quo certè coniicitur,
Nolle corpus hinc extrahi.
Quod poſteà Diſcipuli
Sic prædixiſſe memores,
Abſque mora ſepeliunt
Altare iuxta Apoſtoli.
In capſa quadam lignea,
Quam emi quidèm fecerat
Abbas futuris vſibus,
Dicens, perneceſſariam.
Quieſcit hic in Domino,
In Cœlis eius anima
Regnat ſemper cum Angelis,
Fruens Dei præſentia.
Iordanus poſt eligitur,
Cœnobio præficitur,
Rex audiens Rogerius
Ad ſe venire imperat.
Iordanus ire renuit,
Minatur Rex Siciliæ

Velle

Velle domum deſtruere
Vnà cum cunctis fratribus.
Hortantur omnes pauidi,
Iordanum, vt obediat,
Orauit is ad tumulum
Ioannis, vt conſuleret.
Venire vox audita eſt
De tumulo, nè ab eas,
Nam ego tuo nomine
Regem iam alloqutus ſum.
Fratrem Iohelem mittere
Cum nuncijs, nè differas,
Quod ſic adimplens illicò,
Iohelem Rex amplectitur.
Rex poſt hæc rogat Monachum,
Vt ipſe cum conſocijs
Ad Deum preces fundere
Dignetur pro ſe iugitèr.
Memor Patris Sanctiſſimi,
Rex ſpondet neceſſaria
Subminiſtrare ſedulò
Eius ſequenti regulam.
Poſt mortem Dei famuli
Quidam (Sabinus nomine)
Pulſanenſis Cœnobij
In-

Infirmabatur Monachus.
Habebatur pro mortuo,
Mentis exceſſum habuit;
Cumquè ad vitam redijt,
Id retulit cum lachrymis.
Egreſſam ſuam animam
Suſceperunt ex corporè
Duo Viri teterrimi,
Quem trahebant ad tartara.
Adfuit,ecce ſubitò
Abbas Reuerendiſſimus
Circumſtipatus vndiquè
Monachorum Collegiò.
Et eos ſic interrogat,
Cur præſumpſiſtis capere
Sabinum meum Monachum?
Qua poteſtate præditi?
Reſpondit ille tumidè,
Noſtrum ſeruum iam cœpimus;
Conantur rationibus;
Quod ſic eſſet oſtendere.
Quorum vnus aperuit
Librum tenens abſconditum;
Apparent,quæ commiſerit;
Quo vſque ſumpſit habitum.

Digitized by Google

Abbas ridere incipit,
Deleta eſſe aſſerit
Eius cuncta peccamina,
Cum habitum indutus eſt.
Vertunt hi poſt hæc paginam,
Quod furtim edit caſeum
Monſtrant, vinumquè biberit,
Præcepto contrauenjens.
His dictis, tunc conati ſunt
Cum anima diſcedere,
Non ſinit Abbas pergere,
Rixantur ſic ad inuicem.
Et ecce quædam Mulier
Illuc aduenit præpotens,
Illos fugauit, Monachum
Ioanni mox reſtituit.
Duos oſtendit Monachos
Abbas Sabino percitos
Peccatorum contagijs,
Iubet eos redargui.
Vnus per pœnitentiam
Impetrauit iam veniam,
Alter factus impœnitens,
Oſtinatus permoritur.
Tu ergo Dei famule

Io-

Ioannes Beatiſſimè
Sis memor tuæ Patriæ,
Tuorumquè Conciuium.
Non adſit hic mortiferum,
Non peſtis, non penuria,
Sit procul omne prælium
A Regni huius finibus.
Seda quæſo diſcordias
Tuis pijs pręcatibus
Ortas in tuo populo,
Regnet hic pax perpetua.
Anachoritas Garganos
Tuam ſectantes Regulam
Ad Paradiſi gaudia
Ducens poſt vitę terminum. Amen.

Digitized by Google

OFFICIUM S. IOANNIS ABBATIS PVLSANENSIS

Quod priſcis temporibus Eccleſia Garganica recitare conſueuit in eius Feſto 20. Iunij, ex Manuſcripto litteris Longobardis eiuſdem Eccleſiæ. Hic antiquitatis ſeruandæ ſtudio inſertum.

Antiphona.

Antiph. Repletus Dei gratiâ Beatus Ioannes ſoli Deo placere contendit, &c. *Pſal.* Dixit Dominus.

Antiph. Aſper in verbis, mitis erat animo, ſeuerus vitiorũ inſectator exiſtens. *Pſ.* Cõfitebor.

Antiph. Commenda nos Deo Beate Ioãnes, quos ad mandatorum eius obedientiam ſtudioſiùs procuraſti, &c. *Pſal.* Beatus Vir.

Antiph. Pelle procul à nobis ſerpentem ſpiritualem, quem tu legitimè viciſti Sancte Ioannes. *Pſal.* Laudate pueri.

Antiph. Carnis aculeos ita in ſe à principio ſuæ ætatis contundebat, vt iure caput Draconis cõterere noſceretur, &c. *Pſal.* Laudate Dom. omnes gentes.

Bea-

Capitulum.

BEatus Vir: qui inuētus eſt ſine macula, & qui poſt aurũ non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua: ℟. Deo gratias.

Hymnus.

IEſu Redemptor omnium
Amor, & deſiderium,
Qui Pulſanenſem hodie
Vocas ad Thronum gloriæ.
Oranti præbe dexteram,
Quò laudes tui famuli
Ioannis Beatiſſimi
Canam canoris modulis.
Matheræ hic exortus eſt
Honeſtis ex parentibus,
Quem ſumma Dei gratia
Repleuit ab infantia,
Mundi ſpretis illecebris
Ab ipſa pueritia,
Pannis indutus vilibus
Sua receſſit Patria.
Factus eſt Cuſtos ouium

Pol-

Polluit abſtinentia
Ieiuna membra deferens
Dapes ſupernas obtinet.
Carnem domans ſupplicijs,
Ad guttur vſque mergitur,
Cum ſomnus eum occupat,
In aqua parans lectulum.
Deo Patri ſit gloria, &c.
℣. Ora pro nobis Beate Pater Ioannes.
℟. Vt digni efficiamur, &c.

Ad Magnificat. Antiphona.

Congaudeat turba vndiquè fideliũ; quia hodie Beatus Ioãnes Pulſanẽſis Abbas agminibus inuectus eſt Angelorum, quem pijs precibus poſtulamus, vt nos ſuis ſuffragijs particepes faciat Regni Cœlorum.

Oratio.

Deus, qui ad obedientiam mandatorum tuorum arctis vitæ ſemitis multitudinem populi per Beatum Ioãnem Abbatem adunare curaſti; tribue quęſumus, vt eodem pro nobis ſuffragante, vitam conſequamur æternam. Per Dominum noſtrum, &c.

Ad

Ad Matutinum. Inuitatorium.

REgem Confeſſorum Dominum; Venite adoremus.

Hymnus.

IEſu Redemptor omnium. *Vt ſupra in Veſperis.*

In primo Nocturno.

Antiph. Apuliæ Prouinciꝗ Ciuitate Matherꝗ Confeſſor Chriſti Ioannes oriundus fuit. *Pſ.* Beatus Vir,qui non abijt.

Antiph. Cui Deus tantam gratiam tribuit,vt ab ineunte ætate totis præcordijs Eremum cõcupiſceret,&c. *Pſal.* Quare fremuerũt,&c.

Antiph. Apoſtolorũ monitis animũ accõmodãs primũ,rebuſq; patris dimiſſis, Creatori ſuo hærere ſtudet. *Pſal.* Domine quis,&c.

℣. Amauit eum,&c. ℟. Stola gloriæ,&c.

Tres Lectiones primi Nocturni.

Beatus Vir, &c. *Vt in communi Conf. non Pont.*

℟. j. Dum in Baſilica Beati Michaelis Archangeli quibuſdam, qui ei animo inhærebant,ſecum manentibus, orationi inſiſteret; Mulier quædam habitu,& vultu Reuerẽda ap-

apparuit: Quam Mariam Matrem Domini fuiſſe cognouit; Cui, cum certis nutibus indicaſſet iter Pulſani, mox ad Iuuenem mirabilem, eam vocantem, ipſa diſceſſit: Quam Mariam, &c.

℟.ij. Vir autem Dei eiulãtium vocibus paulìspèr commotus, iuſſit ad Eccleſiam Dei Genitricis puerum portari: Et omnibus foras egreſſis, ibi ſic fertur oraſſe ad Dominũ, &c. ℣. Domine Deus, qui cuncta ex nihilo creaſti, & humanum genus de ſua culpa in meliùs reparaſti, reſtaura puerum iſtum priſtinæ incolumitati, &c. Et omnibus, &c.

℟.iij. Quo ibidem morante, & gratiæ, quæ illum præceſſerat, ſequente, ita eum Deus mirificauit, vt qui omnibus deſtitutus venerat temporalibus. Ab omnibus copioſus admiraretur.

Antiph. Confluebant ad eum cateruatim populi, quos vtriuſque vitæ alimonijs ſatiabat. Ab omnibus, &c. Gloria. Ab omnibus, &c.

In ſecundo Nocturno.

Antiph. Carnis aculeos in ſe à principio ſuæ ætatis contundebat, ut iure caput Draconis con-

conterere noſceretur, *Pſal.* Cũ inuocarẽ, &c. *Antiph.* Relictis paternis rebus, curam alendarum ouium ab alijs ſuſcepit, & humilitèr impleuit. *Pſal.* Verba mea, &c.

Antiph. Cum concupitam ad Eremum perueniſſet, ſe erigens, inimicum acritèr expugnabat, quem exteriùs dictis, factiſquè ſæuientem, patientiſſimè tolerabat. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

℣. Os iuſti, &c. ℟. Et lingua eius, &c.

Lectio iiij.

IOannes Eremita Matheræ, quæ in finibus Apulię Ciuitas extat nõ parua, honeſtis parentibus ortus, ab ineunte ætate Eremum concupiſcens, à ſua patria aufugit: & ad Inſulam propè Tarentum aduenit: vbi pãnis, quibus indutus aduenerat, exũtus; viliores induit, & ad Monaſterium quoddam in Inſula ſitum aduenies, ouium cuſtos à Monachis deſtinatus eſt: Cumquè propter fratrũ inuidiam indè diſcedere coactus eſſet, per mare ad fines Calabriæ peruenit, arctiſſimumquè ieiunium ibi frequentare cœpit, ita, vt poſt ſingulos duos dies vix ſemel ſe reficeret: Indè profectus adijt Siciliam ad

vaſtiſſimam Eremum, vbi ieiunium nō derelinquens, per biennium nihil aliud comedit, quàm ficus ſilueſtres, & herbas agreſtes, aqua ſitim extinguens. Cum autem ſomnus eum occuparet, fune corpore circumplexo, & ad truncum alligata, non autem ſemper, ſed interpellatim, cum ei videbatur, in aqua vſque ad guttur ſe demergebat: In aqua ſic pernoctans, varias Dæmonum illuſiones, ac tẽtationes, horribileſquè viſiones perpeſſus eſt: Tandem venit Genuſium, & per quinque menſes minimè bibit, comedens ficus ſilueſtres ſolùm, & grana mirtus. Ibiquè iniurias paſſus eſt à quodam, qui poſt breue tẽpus mortuus, apparuerunt in ſomnis Beato Ioanni Dæmones afferẽtes animam illius ad inferos: Quo in loco in ſomnis apparuit ei Beatus Petrus Apoſtolus, præcipiens, vt Eccleſiam ſuo nomine conſecratam reſtauraret: Abiens autem ad locum, cum ad ædificium extruendum calcis, & lapidum penuria laborarent, præcepit quibuſdam, vt in quodam loco foderent; nam ibi calcis, & lapidum copiam inuenirent; Cumquè ita reperiſſet, id cauſam maleuolis præbuit, vt ac-

cuſaretur Comiti Roberto, quaſi ibi theſaurum reperiſſet; & propterea in carcerē conjectus eſt: ex carcere Angelica monitione exijt, ſolutis iam compedibus, carceriſquè foribus apertis, ac per medium illorum, qui carceres cuſtodiebant, ſecurus pertranſijt, quibus, cum inſequeretur, minimè cognitus fuit, dum propè eum aduenerunt; immò ſic incognitum pertranſierunt: Inde diſcedens, Capuam adijt: vndè Dei monitu in Apuliā redijt, in Mōtemq; (Lacenum nomine) peruenit, vbi aſſociatus fuit à Viro Dei Guilielmo, quem domum relinquere monuit; quæ nō poſt multū tēporis ab igne cōſumpta eſt.

℟. In eodē, itaq; tēpore diuino monitus fuit oraculo, vt omnes, qui ad ſe veniſsent, etiam pueros. Monaſticum indueret habitum. ℣. Vndè maximā à prauis perpeſſus eſt moleſtiam; quia omnes ad ſe venientes. Monaſticum, &c.

Lectio v.

PRofectus eſt deindè Tricaricum cum Guilielmo ad Montem Cuneatum, & inde non multò poſt, ab eo petita licentia, perrexit Barium, vbi cum fuiſſet accuſatus

Mm 2 apud

apud Epiſcopum de hæreſi,& blaſphemia, fuit captus,& contumelijs affectus, & poſtmodum iuſſu Principis dimiſſus: Tandem venit ad Montem Garganum, ibique maxima aquæ penuria incolis laborantibus, precibus à Deo pluuiam impetrauit. Demum Dei monitu Pulſanum profectus, plures ibi viros ſub eius Regula Domino adunauit,eoquè in loco maxima in veneratione habitus fuit. Abſtinentia fuit mirabilis: orationi autē etiam cum lachrymis aſſiduus. Ibi cum quidam puer lapides pro ſtructura Eccleſię colligeret,lapis ex mōte lapſus puerum ita percuſſit, vt mortuus ab omnibus haberetur, quem Ioannes orans priſtinæ ſanitati reſtituit,& ad opus iam cœptum deſtinauit. Plures è Dæmonum poteſtate liberauit; mortuos plures ſuſcitauit: ſanitatem pluribus infirmantibus reſtituit, ac multa ſpiritu prophetico prædixit: Theſaurum effodit prędicens locum: Illuſiones ſua præſentia à quodam loco expulit,qui nocturnis temporibus acclamare audiebantur, de Ioanne conquerentes,quod à ſuis locis eos deijceret. Fluuiū cum ſocijs ſicco tranſijt veſtigio, quem niſi

tranſ-

tranſnatando alij pertranſire non poterunt: Cumq; pluuia nimia caderet, incedens Beatus Ioannes per plura miliaria minimè perfuſus eſt. Quemdam, qui ad carceres ducebatur, in ſomnis admonuit Regis adire pręſentiam; promittens, quod eum Rex liberaret, quod poſtea ita ſucceſſit: Dæmones armatos, qui apparentes terruerãt monachos ligna eius iuſſu cedentes; apparens Beatus Ioannes cum virga in manibus perſequutus eſt, ac fugauit: quo facto ipſe quoque euanuit; Aqua ab eo benedicta mitigauit dolorẽ cuiuſdam veneno ſerpentis infecti. Fratrem quemdam, qui propter culpas in eum commiſſas plenum Dei gaudium habere nõ poterat, qui in ſomnis alteri fratri priùs, & poſtea quaſi in quiete Beato Ioanni apparuerat, veniam ab eo poſtulãs, poſt mortem abſoluit. Eius precibus fuit quidam frater à Purgatorio ereptus, qui ab eius monitis diſcedere cœperat, dum veniret. Quadam verò die dum Vir Dei puerum, Vrſum nomine, conſtruentibus murum in adiutorium miſiſſet, quidam incautè ſaxum manu iactans, præfati pueri collũ ita grauitèr percuſ-

ſit,

ſit. Vt cũctis vidẽtibus proculdubio mortuus aſſignaretur. ℣. Licèt luminibus adhuc palpitare videretur, exanime tamen corpus ab omnibus iudicabatur. Vt cũctis vidẽtib. &c.

Lectio vj.

DVm adhuc Beatus Ioannes in humanis ageret, defendit monachum quemdã antè Dei Tribunal, quẽ Diaboli accuſabant, cum paſſus fuiſſet frater ille mentis exceſsũ, eius orationibus liberatus eſt: Quidam frater à voragine, in quam lapſus fuerat, cui is, qui eum liberauerat, iuſſit, vt Ioanni gratias referret, obedientiamquè præſtaret; nam propter eius merita à morte exemptus fuerat, iſq; ſtatim euanuit. Cumq; febre laboraret Beatus Ioannes, mortem ſibi imminere cognoſcens, vidit Dæmonem coram ſe aſtantem, cui Ioannes acclamare cœpit; quid hic aſtas? nihil in me mortiferum reperies, cernenſq; poſtea viſionem Angelorum, orans, Deoquè gratias agens, animam Deo reddidit. Poſt cuius mortem fratres putabant eius corpus ab Eccleſia Diui Iacobi, vbi ſpiritum emiſerat, ad Pulſanenſem Eccleſiam deferre, Cœlo ſereno ex improuiſo maxima tempeſtas exor-

exorta eſt;quare eius diſcipuli recordati ſunt.
eũ iuſſiſſe, in Eccleſia Diui Iacobi eius corpus recondi,quod in arca lignea,quam ipſe prius adaptare fecerat, reponentes iuxta Altare Apoſtoli,mœrentes,ſepelierunt.Claruit etiam Beatus Ioannes multis miraculis poſt mortem;nam minante Rege ruinam fratribus Pulſanenſis Cœnobij,ſi ſucceſſorem Ioannis ad ſe non mitterent:Iordanus,qui Beato Ioanni ſucceſſerat,ad Regem ire nolebat, quem fratres valdè hortabantur iuſſa Regis implere: cumquè Iordanus ad ſepulchrum Beati Ioannis oraret, & ab eo conſilium peteret,ſi Regem adire debeat; vox huiuſmodi ad eum facta eſt;Nè Regem fili mi adeas; nam per te Regem alloquutus ſum; mitte tamen tuo nomine fratrem Iohelem,qui cũ perueniſſet ad Regẽ amicabilitèr ab eo exceptus eſt,reſquè ei,& ſocijs promiſit, quod ſi inſtituta Beati Ioannis tenerent,neceſſaria eis ſubminiſtraret:Liberauit etiam à Dæmone,quemdam fratrem Sabinum,qui dum eſſet penè mortuus, exceſſum mentis habuit, & volentibus Dæmonibus eius animam ad Infernum,qui eius corpus exuere volebat,

voluens ad illum faciem, vt quod à cœpto opere deſiſteret, verbis admonuit. Obijt Beatus Ioannes duodecimo kalendas Iulij ſub Pontificatu Innocentij Secundi, regnante Rogerio Siciliæ Rege, circitèr annos Domini mille, centum triginta nouē, cuius corpus in dicta Eccleſia honorificè ſeruatur.

℟. Recto igitur tramite deuenit Pulſanum, quem ignorabat. Sicut ei ſupernus Arbitèr in vltimis indicauerat. ℣. Ibiquè paruo tempore multos congregauit Diſcipulos, quos cœleſti doctrina imbuere non deſiſtebat. Sicut, &c.

In tertio Nocturno.

Antiph. Garganica Ciuitas quodam tempore ſiccitatis periculum, ſuis exigentibus iniquitatibus, tolerabat, & nimijs neceſſitatibus æſtuabat. *Pſal.* Domine quis habitabit.

Antiph. Eodem namquè tempore famulus Dei Ioannes præfatam ingreſſus eſt Vrbem, à quo totus ferè populus, imminentis aquæ ſterilitatis flagitabat præſidium. *Pſal.* Domine in virtute tua.

An-

Antiph. Tollatur, ait, de medio veſtri, qui notabili peccato eſt reus, & viſcera miſericordiæ exhibebit vobis Deus. *Pſal.* Domini eſt terra. *Antiph.* Lex Dei eius, &c. ℟. Et non ſuper plantabantur.

Homilia ſuper Euangelium. Ecce nos relinquimus. Quæ incipit. Perfectus ille eſt: Poſita quinta die infra octauam Apoſtolorum Petri, & Pauli.

℟. vij. Statimquè puerum accerſiuit, & manu capiens, ſurſum eleuauit: Portiſquè apertis, & foras profectus; eum incolumem omnibus demonſtrauit. ℣. Atquè ad opus iniunctum remiſit, & vt cautiùs præuideret admonuit. Portiſquè, &c.

℟. viij. Alius quidam puer nomine Iohel violentèr de Monaſterio ſuo eſt ablatus, & cuidam ſuo inimico ad cuſtodiendum traditus: Qui Monaſterium funditus delere cupiebat. Per merita namquè Sanctiſſimi Eremitæ Ioannis, breui tempore poſtea ſe, cuſtodemquè liberè Monaſterij vinculis innodauit, &c. Qui Monaſterinm, &c. Gloria, &c. Qui, &c. Te Deum laudamus, &c.

Ad laudes,& per horas.

Antiph. Repletus Dei gratia Beatus Ioannes, ſoli Deo placere contendit.. *Pſal.* Dominus regnauit. *Cum reliquis de Laudibus.*

Antiph. Aſper in verbis,mitis erat animo, ferus vitiorum inſectator exiſtens.

Antiph. Arma debilium, ſolamen erat triſtiũ, fortitudo omnium diligentium Deum.

Antiph. Diuino fonte potatus, cœleſtiq; nectare ſatiatus,nulla humana exigebat cõſilia.

Antiph. Æquanimitèr omnia tolerabat aduerſa,vt neque in dexteram,vel ſiniſtram flecteretur.

Capitulum.

BEatus Vir,qui inuentus eſt,&c. *Vt in communi Confeſſ.non* Pont.

Hymnus.

MAgne Deus potentiæ
Tu preces noſtras ſuſcipe,
Ac Pulſanenſis meritis
Nobis dimitte debita.

Hu-

Huius præcatu ſeruuli
  Mira quot Deus opera
  Effecit;quis nam numero
  Comprehendere poterit?
Ægros ſanat innumeros,
  Mortuos plures ſuſcitat,
  Pellit ſua præſentia
  Illuſiones Dæmonum.
Tu ergo Dei famule
  Ioannes Beatiſſime
  Sis memor tuæ Patriæ,
  Tuorumquè conciuium.
Non adſit hic mortiferum,
  Non peſtis,non penuria,
  Sit procul omne prælium
  A Ciuitatis finibus.
Seda quæſo diſcordias
  Tuis pijs præcantibus
  Ortas in tuo populo,
  Regnet hic pax perpetua.
Anachoritas Garganos
  Tuam ſeruantes Regulam
  Ad Paradiſi gaudia
  Ducas poſt vitæ terminum
Deo Patri ſit gloria,&c.

℣.Ora pro nobis Beate Pater Ioannes.
℟.Vt digni efficiamur ꝓmiſſionib. Chriſti.

Ad Benedictus. Antiphona.

Egregie Patrum fortis Athleta Ioannes, pro noſtris quæſumus Dominum exora peccatis, vt dignetur virtutum nos acie introrſum, & extra miſericorditèr manere. *Oratio, vt in Veſperis.*

Ad Tertiam. Antiphona.

Aſper in verbis, &c.

Capitulum.

BEatus Vir, qui inuentus, &c.

℟. breu. Amauit eum Dominus. Et ornauit eum. Amauit. ℣.Stolam gloriæ induit eum. Et ornauit. Gloria Patri. Amauit.
℣.Os iuſti meditabitur ſapientiam.
℟.Et lingua eius loquetur iudicium.

Ad Sextam. Antiphona.

Arma debilium, &c.

Capitulum.

IVſtus cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum: & in

& in conſpectu Altiſſimi deprecabitur.
℟.br.Os iuſti,Meditabitur ſapientiam. Os iuſti. ℣.Et lingua eius loquetur iudicium. Meditabitur. Gloria. Os iuſti.

℣.Lex Dei eius in corde ipſius.

℟.Et non ſupplantabuntur greſſus eius.

Ad Nonam Antiphona.

Æquanimitèr. *Capitulum.*

IVſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi Regnum Dei,& dedit illi ſcientiam Sanctorum: honeſtauit illum in laboribus,& compleuit labores illius.

℟.br.Lex Dei eius,In corde ipſius.Lex Dei. ℣.Et non ſupplantabuntur greſſus eius. In corde.Gloria Patri. Lex Dei.

℣.Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟.Et oſtendit illi Regnum Dei.

Ad Veſperas.

Antiphonæ. Pſalmi. Capitulum. & Hymnus. Vt in primis Veſperis.

Ad Magnificat.Antiphona.

Iuclyte Dei Athleta,venerande cultor Ioannes Pulſanenſis Pater Eccleſiæ interuentu

ſtre

ſtrenuo,nos peccatis irretitos,& delictis noxios fluctibus horribilis gehennæ,protegendo circumquaquè,nè mergamur,erue,

Oratio,vt in primis Veſperis.

Reſponſorium in notis muſicæ poſitum,quod Eccleſia Pulſanenſis canit in honorem Sancti Ioannis, ad implorandum eius ſuffragium.

O Ioannes Pulſanenſis
Abbas Venerabilis,
Conciuis Matherienſis,
Pater admirabilis.
Serua ſeruos ab offenſis,
Qui prodigijs immenſis
Fulges,& miraculis.
Pro ſalute populorum,
Tuorumquè Monachorum
Pater roga Dominum.
Vt exutos à peccatis,
Nos coniungas cum Beatis
Ad æternum gaudium. Amen.

℣.

℣.Ora pro nobis Beate Pater Ioannes.
℟.Vt digni efficiamur ꝓmiſſionib. Chriſti.

Oratio.

DEus,qui ad obedientiam mandatorum tuorum arctis vitæ ſemitis multitudinem populi per Beatum Ioannem Abbatem adunare curaſti,tribue quęſumus,vt eodem pro nobis ſuffragante, vitam conſequamur æternam. Per Dominum noſtrum, &c.

LAVS DEO.

Digitized by Google

VITA

SANCTI AMATI

Epiſcopi Nuscani

BEATI PATRIS GVILIELMI

VERCELLENSIS DISCIPVLI

Olim à Reu. P. D. Felice Renna Monacho Congregationis Montis Virginis ſcripta,& in lucem primò edita.

Nunc verò in multa capita per ordinem diuiſa ſecundò lucem aſpicit.

Ortus,Patria, & Educatio Sancti Amati.

CAPVT PRIMVM.

AMatus itaquè Nobili Nuſciæ Ciuitatis proſapia ortus;litteralibus à ſuis traditus ſtudijs, nè mundiali ſordeſceret puluere. Sed Maieſtatis æternæ lucentia lumina amans,noctu, diùq; à teneris annis Sã-

ctorum veſtigia ſequens, caſtitatis amator, ſanctimoniæ bonorum operum eſt iter ingreſſus. Tanti in Deum erat futurus amoris, quòd grauida mater in ſomnis ab Angelo filium paritura, Amati nomen, accepit. At nomine, & re, à Deo, & hominibus amatus, Amatus: litteralibus, & eccleſiaſticis diſciplinis inhærẽs, tam lectioni, & orationi erat intentus, vt magiſtro, & hominibus magis acceptus, magiſquè fiebat amabilis; & quæ magiſtrali eruditione diſceret, ac præſpicacitate ingenij cognóſceret, conferẽs in corde, memoriæ conſeruabat.

Sanctus Amatus, ſuis opibus pauperibus erogatis, clericali militiæ aſcribitur, ac Sacerdos, & Archipresbyter Nuſcanæ Eccleſię præficitur.

CAPVT II.

AD Dauidis dictum diligentèr attendẽs, & luminis interni intuitu contẽplans

plans aſſiduo. Diſperſit, dedit pauperibus, vt ad quietem futuræ gloriæ perueniret; Cum quatuordecim eſſet annorum parẽtibus orbatus, hæreditario iure in patrimonialibus ſuccedens; cũctas facultates pauperibus erogauit, ac clericali habitu indutus, de bonis Eccleſiæ viuens, aſſiduè Eccleſiaſtico ſeruitio erat intentus. At in eo melliflua charitas, qua in pauperum compaſſione, totis miſericordiæ affluebat viſceribus: pullulans: pueritia, & infantia ſanctè, ac Deo dignè decurſa, adoleſcentiæ ſuæ viam perſeuerantiùs ad ſuum conuertit authorem, aſſiduis aſſiſtens vigilijs, totus in Dei cultu, ac Sanctorum tali feruebat obſequio: quod probabili vita refulgens, ad proximas Ciuitates, & Oppida, tantæ Sãctitatis Viri odor euenit, vt eius nomen vbicunque fuiſſet auditum, in veneratione non pauca haberetur à cunctis; Sicq; (Deo annuente) contingit, vt ſecũdum corporis incrementum, virtutibus in dies proficeret, ac Euangelici dicti: Si quis poſuerit manum ad aratrum, proſpiciens retro, nõ eſt aptus Regno Dei, non vanus auditor: retro aſpicere præcauens; in anteriora mentis, &

corporis oculos in Dei agricultura dirigens; recto ad Dominum feſtinabat itinere: Poſtquam autem ad Sacerdotij gradum Confeſſor Chriſti peruenit; tanta in eo excreuit ſācta Religio, vt populorum conſenſu (cum magno Ciuitatis Epiſcopi deſiderio) Archipresbyter fuit electus, ac animarum regimen adeptus, præceptis obtemperando Dominicis, tramitem æquitatis incedens, nobiles in nobilibus; diuites in opibus: nullam molientes iniuriam, fraterno venerabatur affectu, & de eorum facultatibus pauperum ſubleuabat inopiam, quos verò diabolica ſuggeſtione erant inimici; benignus Dei famulus dulci, ac veluti Angelico pacificans; mulcebat alloquio: & laborantibus adens: oppreſſis in iudicio ſuccurrens, viduis conſulens, & orfanis, peregrinantibus hoſpitalitatem impendens, aliquibus eleemoſynę donum, aliis conſilijs, alijs cum ad ſingula bona tota mentis intentione anhelaret, donum conferebat officij: Afflictos conſolans, vt ouem, quæ errando perire videbatur, ad Dominici gregis pius Paſtor reduceret citiùs, orationi ſemper intentus, quomodo ſibi com-

commiſſam Paſtori æterno redderet; Deum orabat aſſiduè.

Habitum Religionis à Sancto Patre Guilielmo Beatus Amatus ſuſcipit.

CAPVT III.

ANimarum curam Beatus Amatus graue onus eſſe conſiderans; ad Dei ſeruitium totum ſe tradere ſœpè in mente reuoluens: florem puritatis, quem in tenera ætate protulerat; in bonæ perfectionis ſub maturitatis tempore fructū producere voluit. Statim enim cum Sāctiſſimi Guilielmi ſanctitatem, & eius miraculorum famam increbeſcentem intelligeret, anno ætatis ſuæ 27. Archipresbyteratus officium deſerens, ad prædicti (Sanctiſſimi Religionis Inſtitutoris) ad Sancti Saluatoris Monaſteriū, quod milliaribus duobus diſtabat à patria, vt ſacræ ſuæ Religionis habitu indueretur, velociùs euolauit, die quadam vna cum Ioanne Cō-

ciue

ciue aſſociatus, ad præſentiam Sāctiſſimi Patris Guilielmi ſe contulit, dicens: Pater Sancte, ecce reliquimus omnia, & nos ad tuam Religionis normam, vt ſuſcipias, ſupplici voce depoſcimus, ad quos Chriſti Confeſſor, fratres melius eſt non promittere, quàm in promiſſis deficere; ac non incipere, quam ab incœpto deſiſtere: At ipſi, ſi nos digneris accipere, ſperantes in Domino in incœpto proficere cupimus. Quos hilari vultu (vt erat) dulcitèr amplectens, Monaſtico iugo ſubmiſit, ac Sanctum Amatum ſibi elegit in ſocium.

Monaſterium conſtruit ad radicem Montis Laceni: ibiq; muto loquelam à Deo impetrat.

CAPVT IV.

Annis verò ſequentibus è Vita ſeculi huius Sāctus Guilielmus ad Dominū migrando glorioſè diſcedens, ad Lacinij Montis radicem, Fontilianam proprio no-

nomine dictam, Sanctus Amatus pergens, in honorem Sanctiſſimæ Virginis (vt ad præſens extat ineſſe) Eccleſiam erexit, ac multorum Monachorum Monaſterium magnũ de Diœceſani licentia conſtruxit, & auxit, vbi virorum multitudo confluens, ei bona, prædiaué, non pauca ob eius ſanctitatis merita benignè donabat; Inter quos puer mutus adueniens, quẽ Sanctus Amatus interrogãs, & vt interrogationi reſponderet, iuſſit. At mutus alta voce reſpondens, ait, gratias ago Deo meo, qui per ſeruum ſuum Amatum, Monaſterij huius Patrem, loquelam præſtitit mihi, & ad pedes Confeſſoris Chriſti ſe proijciens, habitum ſuæ Religionis humiliter petijt, quo per manus Sãcti Viri veſtitus, ab eodem (vt memor Sanctiſſimi primi Patris) D. Guilielmi nomen fuit impoſitum, qui, poſtquã ad Epiſcopale regimen à Deo vocatus fuit Sãctus Amatus, in prædicti Monaſterij Sanctę Mariæ Fontilianæ in Abbatis ſucceſſit officium.

Clau-

Claudum ſua oratione Beatus Amatus mirabilitèr ſanat.

CAPVT V.

IStius miraculi per conuicinas Regiones fama creſcente, paucis diebus elapſis, quidam Montellæ, qui inceſſum amiſerat, à ſuis in grabatum ad Sancti Patris præſentiam ſupplici voce poſcentibus, vt claudo redderet ſanitatem, fuit aſportatus in Monaſterium; quod audiens Chriſti Cõfeſſor, nulla mora protracta, in Eccleſia vnà cũ fratribus genibus flexis, & manibus eleuatis in Cœlum, quam mutis loquelam, & claudis inceſſum dedit in terra, ad gloriam ſuã concederet fidelibus, orauit attentè, Orationeq; facta ad claudi grabatum accedens, vt proprijs planctis ad maius Altare, vt Chriſto de ſanitate gratias ageret hilaritèr imperauit. Quod (cernentibus fratribus) feruorem in Dei ſeruitio creuit, & alijs, ac omnibus factus magis amabilis, tantus fuit hominum, & mu-

mulierum concurſus,ad Dei Virum, quòd ſuum imitando Magiſtrum,popularem auram fugere volens illinc,& ad Virginis Mõtem itèr arripiens,diſcedere ſtatuit.

Sanctus Amatus grauitèr percuſſus in capite, percuſſorem catenis vinctum, & morti à Iudice damnatum,miraculosè liberat.

CAPVT VI.

SI nocte ſequenti Angelus Domini apparuit,dicens.Se illic & patriæ ſuæ vſque ad vltimum vitæ diem Domino famulari. Mane ſequenti, quod primo propoſuerat exequi cupiens, per montana itèr arripiens in Valle Serpici Oppidi in Venatores Caſtri prędicti incidit,quem calumniosè opprimentes, ferreis iaculis talitèr feriunt,quod capitis os (pro vt his oculis vidi, & ab alijs videri poteſt ad præſens)ictu perforarunt. At Dei famulus pręceptum Ange-

li cogitans,& inobedientem ſe fuiſſe cognoſcens ad ſuum Monaſterium eſt ſtatim reuerſus, à ſuis Patribus ſic vulneratus benignè ſuſcipitur,& medetur: nec ſanus effectus,quod per tale vulnus venator aufugiens in Curiam incidit, & magnis tormentis affectus,delictũ Caſſani Præſuli ſuccintè narrauit: quem Præſul,cum Dei ſeruum ferijſſet,morti condemnat. At catenis in carceribus vinctus,ſe de delicto maximè pœnitens, vertit ad Sanctum Amatum, cui multum ſe commendans in noctis crepuſculo Dei Virum, vt lumen refulgens, aſpexit, et Dei Sanctum adorans: ſtatim à ligaminibus,& carceribus liberatum ſe videns,mane ſequenti à Sancto Amato ſe abſolutum publicè prædicauit, ac miraculum manifeſtat. Quod audiẽs Præſul, Monaſterio ſub famulatu illius traditum miſit;ibiquè Dei,& Sancti Amati præceptis,dum vixit humilitèr,& deuotè ſeruiuit.

Meritis Sãcti Amati victoria prædicitur Guilielmo Primo Regi

Nea-

Neapolis; Isq; propterea Beneuẽto ad Monaſterium Montis Virginis multas Sanctorũ Reliquias transferri mandat.

CAPVT VII.

ANno autem Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto, ætatis verò ſuę quinquageſimo ſecũdo, Chriſti Cõfeſſor à vulnere ſanus, Emanuele Greciæ Imperatore, Sanctæ Sedis Adriano IV. ac Guilielmo filio Rogerij Regis Sãctiſſimi Patris veneratoris magnifici, Secundo Siciliæ Rege regnantibus. Dum ab Imperatore prædicto prætenderetur regimen Apuliæ. Et Rex Guilielmus patris patrimonium defenderet, Beneuentum volens accipere, non modico exercitu de Salerni partibus per Nuſciæ Ciuitatis Regiones tranſiens, nonnullos, vt cum eo præliarentur, ſecum vinctos adduxit. Qui ad Sancti Viri Amati vertentes clementiam, ipſiuſquè meritis remit-

tendo. Vnus ex eis Regi Beneuenti victoriã prædicit. Cui Rex, quam de hoc certitudinẽ habes? At ille. Ecce ego cum ſocijs in famulo Dei, Diſcipulo tui genitoris Sanctiſſimi Guilelmi dilecti, confiſus Amato, te victorẽ prædicimus eſſe. Quibus Rex. Mihi quæ ſcitis de his Sanctis, præterita cuncta narrate, & Illuſtri de primi patris cum ſuo genitore famulatu continuò, non pauca recenſentes. Rex eis ſic alloquens, ait. Si Deo placuerit; de victoria Montis Virginis Eccleſiam participem faciam. At poſt modicos menſes, de Beneuento triumphans, maiorem Sanctorũ corporum, Reliquiarumquè numerum, qui adhuc in Virginis Monte reperitur, quàm deuotè remiſit.

Supplicantibus populis Beatus Amatus ſuę Nuscanæ Ciuitatis à Pontifice Adriano Quarto Epiſcopus creatur.

CA-

CAPVT VIII.

REx verò Salernum reuertens, tempore, quo Nuſcanus Epiſcopus ab hac vita migrauit, à Nuſcijs Ciuibus deprecatur, vt eius fauore, ab Adriano Sanctæ Sedis IV. Pōtificē Maximo, in Epiſcopatus officium Sanctus Amatus eſſet electus, Pontifex precibus Regis aſſentiens, Sanctum prædictū in ſuæ Ciuitatis Epiſcopale Regimen creauit. Rex autem Meſſinæ Siciliæ Regni de victoriæ triumpho nō immemor factus, ibi ad Sanctiſſimæ Virginis laudem Monaſterium magnum (hodie S. Leonardus vocatum) conſtrui fecit. Sanctus verò Amatus ita mira circa qualibet depreſſos moleſtia compatiendi erat ſedulitas: quod communis omnium ei tantò ardētiùs inhærebat dilectio, quantò attētiùs in ſuum cernebat vigilare ſubſidium, & in Monaſterio exiſtēdo prædicto, à ſuis nunciatur Conciuibus. Tu es quem ſuper Chriſti gregem, indefeſſus nocturnas oportet cuſtodire vigilias, annis iam multis, quod recuſaſti rogatus accipere.

pere. Animarum regimen nunc Sanctæ Sedis Pontificis iuſſu, vt ſuſcipias non potes aufugere, ac omnes conſona voce proclamāt. Pater Sancte tuæ natiuitatis locum præſentia, qua tui omnes reddis amabiles, ipſa ad Dei gloriam, ac animarum ſalutem magnifica ſemper, noſtrumq; tuo conſenſu magnifica votum; Quibus Sanctus, Deo, ac Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Pontifici maximo ſemper fui obedire paratus. Ad hoc onus me indignum exiſtimans, pluries recuſaui. Nunc Deo, Chriſtiquè Vicario obtemperare malo; Vt verò cōſecraretur ad Salerni Archiepiſcopum aſſociatus à Conciuibus proficiſcens, mirificè ſuæ patriæ ingenti cum gaudio ab eo fuit conſecratus Nuſciæ Epiſcopus. Tali dignitate ornatus, ad Monaſterium, quod proprijs conſtruxerat manibus, properans priùs, & à Monachis ſuſceptus hilaritèr dulci ſermone ad obſeruantiam Cœnobiticæ normæ ſtrictiſſimè admonuit, ipſiſquè ſucceſſorem multæ ſanctitatis D. Guilielmum nomine Abbatem elegit. Poſt Epiſcopalis Eccleſiæ Nuſciæ Ciuitatis patriæ ſuæ fuit poſſeſſionem adeptus. Quem ociùs omnes

in

in Dei laudem cum manibus vocem dicentes,extulerunt ad æthera. Benedictus, qui cuncta creauit,& regit,qui pro noſtro regimine ſanctum dedit Amatum.

Meritis Sancti Amati, Primicerius quidam è carcere liberatur,& Puella lunatica ſanatur.

CAPVT IX.

DVm autem Epiſcopali Catreda Chriſti Cōfeſſor ornaretur magnificè populorum ad eum vndiquè concurſus adueniens,Primicerius,qui erat in quodam finitimo Caſtro detemptus,auxilium Dei,& opem ipſius Sancti Epiſcopi nocte inuocās, vt adeſſet cum cæteris, ſtatim carceris pars, ac ſi artificiosè eſſet factum,rupit in alteram partem,à carceribus liberatus, mane coram omnibus hoc ſibi eueniſſe publicè manifeſtauit.Et cum multitudine quædam puella lunatica aſſiſtens,à morbo meritis Sācti Prę-ſulis liberatam agnoſcēs ad ſancti pedes eiecta,Deo gratias egit. Ec-

Eccleſiam Sanctus Amatus ædificat,& Sancto Prothomartyri Stephano dedicat.

CAPVT X.

SAnctus Præſul Amatus in habitaculo ſuo tranquillè commorans, ſcultores artifices ad nouam ſub titulo Prothomartyris Stephani conſtruendam conduxit Eccleſiam: & conſtructam in honorem Sãcti Stephani Baſilicam conſecrauit, ſedem ſibi ibi ſtabiliens, vigilãtèr in Pſalmis, Hymnis, Lectionibus, & Orationibus aſſiduis vacans; vt corpore cum habitaret in terris, in Dominico obſequio cũ Presbyteris, & Clericis ſuis ſpiritu cõuerſaretur in Cœlo,& ſic alebatur in mundo, vt ad mundanas non titubans illecebras, nec ad ſeculi vanitates, ac falſas reſpexit inſanias; ſed viuens vita viuebat in Chriſto, intùs cum Deo, foris cum populo agebat iuſtiſſimè. Diebus verò feſtiuis populum in Dei amore,& proximi charita-

te,

te,in diuinis eloquijs, ac operationibus ſanctis exorabat aſſiduè,cuius precibus ſanctis Nuſcanus populus ab inimicorum turbine liberabatur continuè.

Dæmoniacus liberatur à Sancto Amato;cuius virtutem, & potentiam ipſemet Diabolus confitetur.

CAPVT XI.

TAntam Dei famulus perfectionem adeptus eſt, quòd in nulla occupatus inertia hoſtis antiquus per cuiuſdam dæmoniaci os,cum à prædicto Sancto eijceretur,vociferans ait. Dolet quàm maximè neminem ad Sancti Amati cuſtodiam pertinentem de grege ſubſtuliſſe Dominico; & eò dolentior,cum promptuóſior inſidias tēderem odia inflammarem, litigia incitarē, furtum,adulteriũ,iram,&c. varia vitia aſtute ſuggerem, ab huius Sancti Viri ieiunij clypeo,

peo, patientiæ lorica, fortitudinis lancea, iuſtitiæ gladio, ſed magis ab humilitate profūda à ſuis ouibus expellor aſſiduè. Talibus enim armis diuinæ militiæ Chriſti Miles inſignis Diabolicam impugnabat tirãnidem; & Diaboli tentamenta conſumando, gregē Chriſti, nil de ſua præſumens fiducia, ſed in Dei ſperans auxilio, conſeruabat immunem, ſeduloquè à ſancto non deſiſtens propoſito, aſpectum hominum dum fugeret, in Eccleſiæ angulis, alijſq; Deum pro grege ſibi cōmiſſo exorabat latibulis. Nec quoquo modo ſuperari poterat, cūm quo virtus æterna manebat; nec impugnari valebat, quem acies concomitabatur Angelica.

Varios languores ſanat, & multas Demonum inſidias ſuperat Beatus Amatus.

CAPVT XII.

Peractis non menſibus multis, de longinquo, & ꝓximo multas ſubſtinētes in-

infirmitates, Surdi, Muti, Claudi, Paralitici, Febricitantes, ad Sancti præſentiam venientes, oratione ad Deum primo facta, curabat in Chriſti nomine: at illi incolumes reuertentes Deum Ieſum Chriſtum, qui ſui ſerui dilecti precibus redderet ſanitatem, vocibus glorificabant in Sanctis ſuis. Sanctus Antiſtes popularem audiens famam, vt eam aufugeret ad decliuium Montis, vbi Ciuitas erat, ad honorem Sancti Leonis conſtruxit Eccleſiolam, ad quam perſœpè, vt ad eremiticum Oratorium confugiens, hominum laudem euitabat, ac illic exiſtens antiquus ſerpens inuidens, ne per hoc Sanctus proficeret magis, imaginationes varias, occultas inſidias parans, extremò flagellis oppreſſit. Sed Sãctus velut fortis athleta in Chriſti nomine ſuperabat. Sœpè Monaſterium duobus milliaribus ferè diſtans à ſe cõſtructum viſitans, veluti filios ſuos Monachos admonebat.

Alterum Monaſterium ſub titulo Sanctæ Mariæ Nouæ ædificat,

& Glerico dudùm immobili greſſum reſtituit.

CAPVT XIII.

His operibus vigilans Dei ſeruus, & cõcurſum virorũ ad ſui habitus ſuſceptionem, dum videret. Ad gloriã Virginis, ſub titulo Sanctæ Mariæ Nouę (hodie Sancta Maria Longa, à longitudine Monaſterij, vt veſtigia oſtendunt dicta) Monaſterium aliud ædificat. Ac quibuſdã annis elapſis Clericus quidam, cuius hoſpitium ab Epiſcopali Eccleſia non longè diſtaret, peccatis exigentibus ſuis, corporis ita præmeretur anguſtia, ac ſi lapis corpus eius euaſit immobile, diù in miſeria tali perſiſtẽs, ac ſi anima exhalaret è pectore, quod parentes mortuũ magis, quam viuum tenerent, ad Sãcti Præſulis à ſuis adductus præſentiam, tali fuit voce locutus. Pater Sancte, ſi gratia Dei multos à varijs ſanaſti languoribus, & me clericum tuum ſanare digneris. Cui Præſul, Deus ſanat, ego ſanatum amplector, orationeque facta,

cta, clerico iubet, vt de grabato ad Eccleſiæ famulatum accedat, at ille obediens, ſanus efficitur, & ſanus Eccleſiæ ſeruiuit.

Eccleſiam ſub nomine Sancti Laurentij ædificat, in cuius conſecratione mulierem paraliticam ſanat, & tandem ſenex effectus in Domino obdormiuit

CAPVT XIV.

POſt Sanctus Dei Amatus ad uenerationem Sancti Laurentij aliam conſtruxit Eccleſiam, & in conſecrationis ſolemnijs mulier à paralixi fuit liberata.

Item alia Ciuitatis Acerni, à Dæmone fatigata, quòd loqui non poterat, ad ſancti pedes eiecta, Diabolus alta voce prupit. Amate à nobis odite, cur nos expellis ab homine, & ad tartara mittis? Et Sanctus, non ego, ſed ille, qui te de Cœlo eiecit, expellit ab homine. Sed cum ſenex efficeretur ſua in Cathe-

drali

drali Eccleſia Deo ſeruiret, cõtinuè vigilijs, & orationibus intentus, ſuæ ætatis ad vltimũ diem venit. Ad Eccleſiam iuſſit adduci, Põtificali diademade ornatus, ſacrum volens celebrare, ea facta, orando Deo ſpiritum cõmendauit. Die vltima Auguſti: ſuæ ætatis Anno 89. Incarnationis 1193. Cœleſtino III. Pontifice maximo exiſtente.

Miracula facta poſt obitum Sancti Amati.

CAPVT XV.

CVm Sanctus Pontifex ab hoc ſeculo ad Regna migraſſet cœleſtia, in eius funere populorum factus eſt concurſus, & ſuæ Religionis maximè Patrum; Accidit (præſentibus omnibus) vt lampadarũ, quæ erant antè cadauer, vna oleo plena, & accenſa, nimis ex alto in pauimento Eccleſiæ cadens, præſentia ſancti corporis nec frãgeretur, nec lumine extincto, oleum eſſet effuſum. Quod cum cernerent omnes Deum

in

in Sanctis ſuis glorificarunt. Sed inter funeralia, quidam à Dæmone oppreſſus adeò, quod oculis tortis, niger colore effectus ſpumam euomeret, adductus ligatus à ſuis, ad Eccleſiæ fores, inquit; Ille me eijci iubet mortuus, qui viuus à ſe, & ouibus ſuis ſæpè eiecit. Et dum hæc, pluraquè miracula faceret, corpus mirificè in Cathedrali Eccleſia conditum ſeruabatur. Ciuitatis verò Nuſciæ facies ex improuiſo occupatur ab hoſtibus, vt de Ciuibus multi ducerētur captiui; quorum vnus Sancti Præſulis familiaris, cum ad inimicorum Caſtra peruenit, pedibus, & manibus poſt terga ligatus in tormētis aculeo ſuſpēſus, ad maiorem corporis afflictionem in humeris immenſo lapide cruciatur, & dū tantam pateretur afflictionem, in Sācti Antiſtitis meritis conſtantiam præbuit, & illi ſe commēdans, factum eſt, vt inimici, qui eum affligerent, graui corporis morbo percuterentur, & ſuſpenſus nullo dolore torqueretur, quibus detemptus, ſui familiaris Sancti Amati precibus euenire, ait, quem ſtatim deponentes vinctum, à Miniſtris detinebatur, in noctis crepuſculo Dei Sancto ſe commen-

men-

mendans,cum multa odoris fragrantia,viſio candida,vt ſerenum lumen effulgens,venit, & à loco liberum per medium hoſtium vinculis abſolutum,ſanumquè adduxit. Mane valdè diluculo hoſtes omnes hoc audiētes ipſum miſerunt ad propriam patriam. Cuius vincti liberatio ad aures cuiuſdã captiui perueniens, qui pro criminibus ſuis in carceribus erat, de delictis pœnitens Sancto Præſuli ſe commendauit. Nocte ſopori datus,cum compedibus ſolutis ad ſancti ſepulchrum ſe iacere inuenit, & liberatus ad gloriam Sancti Amati compedites in muro defixit,vt videtur ad præſens.

Hæc,multaq; miracula, dum magna ueneratione in domumcula quadam corpus condebatur ſunt patrata. At ſucceſſor eius D.Rogerius,qui tempore mortis ſuæ Abbas eiuſdem Religionis in Monaſterio Sancti Saluatoris de Guleto reperiebatur, prædictę Ciuitatis à Sãcta Sede Apoſtolica Epiſcopus factus, in eodem loco,ubi ſacrum recolēdæ memoriæ corpus iacebat, Baſilicam cõſtruxit,& dum paries per locum, ubi tumulum erat,erigeretur, ac corpore inde remoto,

odo-

odoris tantam flagrantiam ſentijt, ut cuncta exuperaret aromata; Ibiquè claudus meritis Sancti Prçſulis Amati Dei uirtute euaſit incolumis. Quod ſucceſſor eius D. Rogerius uidens, magnificam Eccleſiam (ut nunc inſpicitur) ædificauit, & ædificatam in honorem Sancti Amati conſecrauit (& hodie Sãctus Amatus eſt Titulus Epiſcopatus) & pro Capituli Cleri ſygillo, Sancti præfati figurã cum duabus ouibus iuxta pedes, hinc, indè, vt ouium veri Paſtoris poſuit. Corpus verò, cum brachio Prothomartyris Stephani, in propria Ara, ſub pauimento ſtabiliuit. Anno Domini 1223. Honorio III. Sanctæ Sedis Pontifice maximo viuente.

Miracula facta in Translatione capitis, & brachiorum Sancti Amati.

CAPVT XVI.

MVltis poſt annis elapſis D. Lucas Nuſciæ Ciuitatis ſucceſſor Epiſcopus,

prædicti ſancti corpus in vaſis argenteis mirificè collocare volens,à loco, vbi erat, ad propriam ædem, ſiue ſacellum tranſmutari præcepit. Et ipſo præsētibus populo, & Clero de Arca,in qua recondebatur,miraculosè effulgentibus radijs, cūcti nitentes, odoris fragrantiam ſenſierunt, & vertebre cū dentibus ibi remanſa: Arcam reſerare nūquam potuit. Stupens,dum cerneret intùs, & prædictam partem capitis; ſtatim reſerauit, vt priùs. Hilareſcentibus omnibus proceſſionaliter caput,& brachia diſtincta à corpore, cum Præſul ad ſacellum adduceret (vbi hodie in vaſis argenteis ſummo venerātur honore) corpus ab ædicula amouere non potuit. Ac illud in Arca prædicta mirificè collocauit. (vt ad præſens ſeruatur.)

Tribus poſt diebus finitis,quidam(Dominicus nomine)Terræ Torellæ,dum Paraſiticus in lecto iaceret, & per dies ferè viginti lingua,ac voluntario motu carebat,ad Sācti Amati merita voluens,quem ſupplicitèr expoſcebat, nocte ei candida veſte indutus Sanctus apparuit, & ab ægritudine ad ſanitatem priſtinam reducit,qui ſanus mane de

lecto

VITA
S. DONATI
CONFESSORIS
Monachi Congregationis Montis Virginis.

Olim

A R. P. DON FELICE RENNA

Eiuſdem Congregationis in lucem edita.

Nunc autem

Panegyrico ſtylo deſcipta.

Hanc ſecundam lucem aſpicit.

NEAPOLI, Typis Camilli Caualli M.DC.XXXXIII.

Digitized by Google

lecto conſurgens publicè miraculum prædicauit.

Octauo autem à Translatione die, quidã de Oppido Morræ lumine viſus carens, à ſuis ad Sancti tumulum ducitur, & continuè orabat, & ſic orans viſum, quem amiſerat, recuperauit.

Anno ſequenti, dum Translationem Reliquiarum celebraretur ſolemnis dies Pontificalitèr, è ſuperiori loco Cathedralis Eccleſiæ ingẽs lignea porta erat, & propè eam, dum ſedula mulier exiſteret, iuxta ſe filium paruulum tenens, accidit, vt dum à turbine venti ſuper puerum caderet oſtium: Mater afflicta vociferans. Oh Amate Sancte auxiliare; homines non ſine labore portam auferentes, puerum inuenerunt illæſum. Hæc, multaq; alia Sanctus miracula fecit in Chriſti nomine. Et Benedictus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sãctus, qui fidelibus ſuis gratiam affluit per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui cum Patre, & Spiritu Sãcto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Celebratur Traslatio Sancti Amati die 28. menſis Maij.

Antiphona, & Oratio, quę cantantur in Eccleſia Nuſcana ad implorandum auxilium Sancti Amati.

Antiphona.

O Sanctiſſime Amate, qui puerũ à morte liberaſti: paraliticum, & cœcum in ſanitatem priſtinam reduxiſti, deprecare pro nobis Dominum Ieſum Chriſtum.

℣. Ora pro nobis Beate Amate.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oratio.

PReces noſtras quæſumus Domine propitiatus exaudi, & Beati Amati Confeſſoris tui, atque Pontificis ſolemnitate munitos, ab omni nos aduerſitate cuſtodi, & gaudia nobis æterna largire. Per Dominum noſtrum, &c.

FINIS.

PROLOGVS

In Vita Sancti Donati Confeſſoris.

O Quot occidēte Sole exiguas flammas ſtellāto in Orbe coruſcare conſpicimus, quæ ſtatim, ac fons ille lucis inexhauſtus exoritur, obſequioſo veluti pudore perfuſæ, confeſtim radios contrahūt ſuos, vt fulgentiſſimo planetarum Coriphæo decedant. O quot glorioſæ Heroum animæ ab aurea famæ tuba per vniuerſum terrarum orbem ſolemnitèr decantatæ, excelſa honorum faſtigia ſcandere gloriātur, quas tamen abſorberet obliuio, ſi nos aliorum, quorum penitùs memoria deleta eſt, præclara nō laterent facinora. O quot formoſas margaritas diuitibus ſeruatas conchylijs, Indica celant maria, quæ detectæ celebrem illā vnionem in coralium, tanquam in pudoris ſimulacrum, conuerterent, cuius pretioſa ſubſtātia in dulcem diſſoluta liquorem hominum ſapientiſſimum inſtaurauit. Cunctorum ope-

operum,quæ admirabili artificio extructa, omnibuſquè numeris abſoluta, ab Archetypo in reliquos orbes fluxerunt,plena cognitione deſtituti denſas inter inſcitiæ tenebras caligamus;nec ſalebroſas ſemitas, quà ad altiſſimæ indaginis obiecta patet itèr, tenui noſtræ intelligentiæ æterna ſapientia complanauit;quod eam idcircò machinatam eſſe exiſtimo, vt rude mortalium ingenium abditiſſima rerum arcana diſquirendi deſiderio inflammatum,nec è lutulẽtis, exhauſtiſquè humanarum artium riuulis illorum notitiam haurire valens, ad immenſi ſcientiarum omnium Oceani, primæquè omni ſciæ mentis contemplationem tandem raperetur, cuius acutiſſimæ perſpicacitati ardua quæque magis,& labyrintheis implicata ambagibus apertiſſima exiſtũt. Pretioſiores theſauros intimioribus ſuis viſceribus auara tellus abſcondit.Prodigioſiora naturæ portenta penitùs ignorantur. Altiſſima Cœlorum myſteria humilis mens noſtra nõ penetrat.Excelſi calles,ſemitæquè ſublimes rarò pede præmuntur. Vaſtiſſimi Oceani ſinus nullis remigibus violantur. Veſtigijs, quæ

Per-

Pernix auiũ Regina liquido ſignauit in aere, tardæ volucres non inſiſtunt; Inſignes diurna excurſione Sole partos triũphos, nocturna ſilentia elegantiùs commendant. Diuina Præconia obſequioſa potiùs taciturnitate, quam garrula loquacitate celebrantur. Nec præteritæ maiorum noſtrorum magnificentiæ, cum degenerem lateant poſteritatem, quicquam diminuuntur: Etenim ignoto etiã Deo ſolemne delubrum celebres extraxerunt Athenæ. Neque inter flumina Nilus glorioſus eſſe deſiſtit, quod eius natalia accolarum fugiant cognitionẽ. Atquè ex Beatis Cœleſtis Ieroſolymæ Ciuibus, quot inſignis virtutis, probatæquè magnanimitatis nos inter mortales vitalem hanc auram inſpirarũt, qui fallacibus carnis illecebris ſubactis, irretientibus mundi lænocinijs deluſis, validiſquè Herebi inuaſionibus depreſſis; tandem, vt immortali diademate exornarẽtur, glorioſum æternitatis Capitolium triũphantes aſcenderunt, honorificæ quorum memoriæ tacita obliuionis caligine obruuntur.

Inter inſignes iſtos, ſed ignotos Eccleſiæ

Duces,fulgentiſſimum illud Virginei, Cœli potiùs dixerim,quam Montis,Aſtrum, Donatus inquam Sāctiſſimus, admirabili pompa refulget, cuius res geſtæ licèt altitudine ſublimes,nouitate peregrinæ, efficacia prodigioſæ, & numero propemodùm infinitæ extiterint, paucæ tamen,vel ad pietatis emolumentum,vel ad hominum inſtructionem ſacris annalibus notantur. Verùm paucæ illæ, quæ ſingulari Cœli prouidentia è voracibus obliuionis faucibus ereptæ in auguſtiſſimo admirationis Theatro magnum ſuę amplitudinis ſpecimen exhibent; quodcunquè pectus,licet adamantinum,nè dùm fragilem hanc linguam in ipſarum enarratione delaſſarent;ſimulquè Oratorum eloquētiſſimis ampliſſimum campum ad immortales panegyres texendas aperirent, vt quæ ex vnge vniuerſa Leonis moles comprehēditur,ita tu Lector curioſiſſimè, ex minimis reliquijs,quas in præſentiarum tibi exponā, ingentes heroicarum virtutum diuitias deducere poteris, quibus beatiſſima Donati anima,vigeſimo non dum anno elapſo, quo in hoc ſeculo vixit,pleniſſimè ſe locupletauit.

Or-

Ortus, & Patria Sancti Donati.

CAPVT PRIMVM.

SOlent Oratoriç facultatis haud ignari in ipſo panegyris exordio, ad Heroë aliquem laudibus extollendum contextæ, vt illius amplitudo clarior effulgeat, illuſtres Antenatorum res geſtas, ex quibus procerum veluti germen originem duxit ſuam, ad memoriam reuocare. Verùm quãuis apud reliquos loquentiç profeſſores mos iſte ſemper extiterit, ipſe tamen immortali Donati famæ iniuriam me potiùs inferre cenſerem, ſi eximia progenitorum eius facinora recenſerem. Dedecet enim è peregrino gurgite aquas emendicare, cum patrius fons diues eſt; & velle præclara ſtirpis opera minutim diſquirere, clarum eſt meritorum in germine defectus argumentum. Abeant igitur alij, & vel extinctas ſuas glorias accẽſuri, vel ſuæ egeſtatis lutum animaturi, à cõſpicuo, aut vetuſtæ ſobolis, aut adulatricis concionis Cœlo, noui veluti Promethęi ful-

gures depredentur; etenim Sãctiſſimus Donatus, cum proprijs non emendicatis meritis pleniſſimè affluat, ſiuè à patria, ex qua incunabula deſumpſit, ſiuè à progenie, vndè duxit originem, ſiuè demùm à mendaci fucati Oratoris lingua honores expoſcere minimè debet.

Cõſultò itaquè prætereo de omnibus inſtitutis certiores vos facere, quæ Donatus quatuordecim annorum interuallo ſanctiſſimè in hoc ſeculo patrauit; nam, & ſi vobis denunciare ea vellem, denunciare tamen ignorarem, cum non aliud compendioſa illius vitæ Hiſtoria commemoret, niſi quòd ipſe ex honeſtis, probiſquè parentibus genitus ſit, in Ripa Candida Lucaniæ Oppido, anno Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono, Vrbis clauum moderãte Alexandro Tertio, qui inter Pontifices primus Virginei Montis Congregationem peculiari Bulla ſtabiliuit, Federico Primo imperante, Guilielmo Secundo Neapoli regnante, ac præfatæ Congregationis regimini D. Petro Abbate inuigilante; & quòd decimum quartum ſuæ ætatis annum attingens, Abeti-

tinam petierit, Terram breui diuortio à Ripa Candida ſeiunctam, vt in Cœnobio Diui Honofrij, apud finitimas Regiones inſignis famæ ob non mediocrem Religioſorum sãctitatem, iſtiùs nũquam pro dignitate commendatæ Religionis habitum indueret.

Quartodecimo ſuæ ætatis anno, habitum Sacræ Religionis Montis Virginis in Monaſterio S. Honofrij petit, & non ſtatim obtinet.

CAPVT II.

VErum (benigniſſimè Lector) alienũ à ratione nequaquam arbitreris, mũdanis Donati functionibus obliuioni traditis, admirabiles tãtùm eas, quas ipſe Religioſus exercuit, laconico ſermone memorari. Id enim ſupremus rerum Opifex myſteriosè molitus eſt, qui, vt mundus ſibi perſuaderet cœleſte tantummodo donum Donatum fuiſſe, eumquè in ſeculo degentem

re-

religioſam vitam duxiſſe, ac terram colentem totum Cœli extitiſſe,infinita illa prouidentia,qua inferioris huius orbis egeſtat bus conſulit,vt eiuſdem nullum,niſi religioſum opus poſteritati innoteſceret, operatus eſt. Credibile tamen eſt tenerum puerum, qui non dum triluſtris magnanima deliberatione à genitorum blandimentis, ac mollibus orbis delitijs omninò ſemotus, penitiores Eremi receſſus luſtrare, ibiquè innocuum ſuum corpus aſperrimis incommodis excruciare ardentèr exoptat; in omni inſigni virtute mirabilitèr olim profeciſſe; Etenim ſegnis equus pungenti calcare non agitatus difficiles calles extenſo curſu non deuorat. Cœleſti igitur ardore, quo ſuauitèr ſibi viſcera flagare ſētiebat, beatus puer impulſus, atque Deo obſequioſiùs ſeruiēdi, ſequè magnis torquendi cruciatibus ingenti deſiderio exardeſcens,in Diui Honofrij delubrum (vt nupèr annui) ſupernis affluens gaudijs greſſus dirigit.

Tempeſtate illa Heros ille excelſus; Sublimis anima;Dux Eccleſiæ inuictus;Fortis Chriſtianæ pietatis Cœli corruentis Atlas;

per-

Perfectum cuiuſcunque probatæ virtutis compendium; Immenſa ſanctitatis abyſſus; Recta Religioſorum norma; Sol Eremi fulgentiſſimus; Inęquabilis pœnitentiæ Athleta, Ætna charitatis æſtuoſa; Clarum profundiſſimę humilitatis exemplum; Languẽtium diſciplinarum ſummus Inſtaurator, ſeneſcẽtis in ſceleribus mundi prodigioſus renouator; Acerrimùs vitiorum cõculcator; Opulẽtiſſimum cœleſtium diuitiarum nauale; Formidabilis Hærebi terror; Suauiſſimum Paradiſi gaudium; Admirabile, nõ imitabile gratiæ portentũ; Secũdus miraculorum Thaumaturgus; Illud tandem cœleſte elapſorum ſeculorum ſpectaculum, portentoſum præſentium miraculum, diuinumquè futurorũ Oraculum, Sanctiſſimus inquam Guilielmus, glorioſiſſimus Patriarcha Illuſtriſſimæ Religionis Montis Virginis ignitis amoris pennis euectus, vt in immenſo voluptatum omnium Pelago ardentem ſitim extinguerêt, ad Cœlum nupèr euolarat, & fama loquax tanti parentis, eiuſquè piæ prolis glorioſa facinora, ubiquè terrarum centeno ore canebat; Cum Donatus ſanctam intèr Guilielmi

lielmi familiam cooptari ardentèr exoptās, præfati Diui Honofrij Monaſterij Moderatorem, vt ipſum ſacro Religionis habitu cōtegeret, ſummoperè deprecatus eſt. Non ſtatim ille feruidis pueri cupiditatibus indulſit, ſed, vt eius fortaſſe conſtantiam probaret, ardua Cœnobij incommoda, pueritię impar onus, antè oculos ponens, incertum dimiſit.

Secum conquęrens Beatus Donatus de habitu monaſtico non obtento, iterum ad Monaſterium reuerſus expoſcit; & ſuſcipit.

CAPVT III.

Ipſe tamen perſuaſus mihi volo (humane Lector) inſontem puerum irrita ſua deſideria proſpicientem, oculis in lachrymas profuſis, ſolutiſquè in ſuſpiria præcordijs, ſeorſum tractum haſce in Cœlū querimonias effudiſſe: Et ſines bone Deus fragilem huius animæ nauiculam ab exoptato

tato Religionis portu ſeiunctam, inter inquietos, atque æſtuantes procelloſi mundi fluctus miſerrimè naufragium facere? Patieris diuine Cultor teneram mei cordis arborem à feracibus clauſtorum campis auulsã, horrida inter huius ſeculi ſenticeta ſilueſcere? Ergo dulciſſime Ieſu, quem præcoques fructus adeò delectant, obſequioſi tui famuli Donati primitias indignaberis? Nè dedigneris magne luminum parens me ſolitarium deuotum in meæ vitę aurora tuas laudes deſerta in Eremo concinere, cum etiam primo mane armonicæ nemorum Sirenes infanti Soli dulces neniolas canant. Infinitã tuam bonitatem magnopere læderem, quãdo viridioris ætatis roſeto contumaci ſenſui dicato, niuoſas Alpes crine geſtans, cadentis ſenij dumetum tibi offerrem. Nõ quia puer exiſtam, deliciarum fons inexhauſtè, à rigido Eremitarũ conſortio ſeiungi debeo; nam etiam Præcurſor tuus Ioannes, tenerrimus licet adoleſcentulus, fortis inſtar Athletæ, aſperiora deſerti incommoda fuit aggreſſus. Mihi quoque animus eſt infinita virtute tua fretus, in inhoſpitas Thebaidis arenas deſcẽ-

 denti,

denti duriores inuadendi pœnas, & cum rigidioribus flagellis manus conſerendi. Cur ergo ſinis, me à beata Guilielmi ſobole reiectum per inuias huius exilij ſemitas profugum incedere, & procul à puriſſimis Virginei Montis fluminibus lutulentos mundi latices haurire? Rurſus ad Cœnobium reuertar, obſequijs inſurgam; humilis obteſtabor, ſupplex implorabo, deprecabor angoribus, ſuſpirijs exorabo, lachrymarum riuos effundam, rigidos tandèm ad mea vota trahens animos, ſacro cingar indumento, cedit enim Cœlum, vbi gemitus intercedit.

Hiſce verbis erumnoſo è pectore tractis, Donatus conqueſtus eſt, neque cœleſtes eius cupiditates quicquam irritæ abierunt; vbi enim præfatus Monaſterij Moderator inuictam feruidi Adoleſcentuli conſtantiam fuit expertus, ipſum inter innocentes ſui gregis agnos confeſtim aſcripſit. Cum ergo ab effracta Serpentis ceruice ſub Cœleſtini Tertij Pontificatu, Henrici Sexti Imperio, & Tãcredi Parthenopei Regis dominio, annus milleſimus centeſimus nonageſimus tertius ageretur, quo etiam tempore, dum D. Da-

niel

niel in Virginei Montis Congregatione Abbatis munere fungebatur, Diuus Amatus Nuſcanæ Ciuitatis Epiſcopus, atquè olim Sancti Guilielmi eiuſdem Congregationis Fundatoris dilectus Diſcipulus laborioſam vitam feliciſſima cum morte commutauit, fortunatiſſimus Donatus, habitu tam diù ſuſpirato, in Diui Honofrij Templo in agro Maſſæ dirutæ ſito, quo nunc eadem Cõgregatiò ob peculiarem donationem ſibi à Rogerio Sauiani Comite factam, abſolutè potitur, non dum triluſtris fœlicitèr indutus eſt.

Lætare igitur (Sanctiſſima Religio) & ſi nupèr fulgentiſſimo Guilielmi tui Patriarchæ Soli ad funebris ſepulchri Occaſũ properanti parentans, cõceptum viſceribus dolorem ineffabili mœrore teſtata eſt, nunc ſolemni plauſu feſtos agito dies, lætos ducito choros, dum fortunatus tui Montis Horizon à nouo Sole, cœleſtes radios vndequaq; vomente, mirificè illuſtratur. Sanctè tibi liceat ſuperbire, ſanctaquè ambitione turgerè, nũquam enim Virgineo tuo Cœlo deficient, dum ad vnius Occaſum, alteriùs feſtinat exortus,

Beatus Donatus, vnius luſtri ſpatio in Religione non dum conſumpto, omni virtutum genere proficit.

CAPVT IV.

SEd iam tempus eſt, vt Beatiſſimi Pueri, ab æſtuoſis ſeculi fluctibus penitùs erepti, placidumquè Religionis portum tenentis, prodigioſa portẽta excipiatis; Et quemadmodum ingens flumen, cui diù lapidoſæ compedes rapidum interdixere curſum, ob liquida riuulorum tributa turgidiùs euadens, omnem obicem frangit, repagula ſternit vniuerſa; & lubricis veluti plantis alas adaptarêt, plus volat, quàm currit; nõ alitèr Donatus, à mundanis rebus, duris non secùs à vinculis ſolutus, ſalebroſas magis religioſæ cuiuſlibet aſperitatis ſemitas nõ modo cucurrit, ſed citiſſimo volatu tranauit; atquè (ò nunquam antea prodigium auditum) vnius tantùm luſtri interuallo, in omni inſi-

gnium

gnium virtutum genere adeò excelluit, vt admirabili ſanctitate præditus, adoleſcens adhuc, ſempiternis Paradiſi delitijs inebriari meritus ſit.

In fornacem flagrãtem iuſſu Superioris ſui ingreſſus Beatus Donatus illæsus exiuit.

CAPVT V.

Hinc ad totius Orbis Sapientiſſimum ipſe conuerſus, non poſſum cum eo talem non conferre ſermonem. Tu, qui arduam cenſuiſti prouinciam celerrimæ Alitis veſtigijs, quæ alarum remigio immenſa aeris æquora percurrens, ad ſtellatas Cœlorum oras appellere videtur, inſiſtere; Venenati colubri ſemitas, qui duro lapidis ceruicali innixus, atque ad radiãtem Solem expoſitus, vbi aureas exornauit exuuias, ex templo deindè tortuoſis orbibus explicatis, ſerpat, obſeruare; Atq; nauis omnibus armamentis extructæ, quæ portu ſalutato, nec nõ velis

velis ad auras expanſis,procelloſi pelagi per ampliſſima ſpatia velocitèr incedit, vias explorare; ſed potiſſimũ viri calles ſua in adoleſcentia ignotos penitus eſſe affirmaſti. Aciem in Donatum conuertito, & quos excelſos per tramites à paucorum greſſibus ſignatos,itèr faciat adoleſcens,inſpicito.

Attende quanta ſedulitate ſuperioris illi nutibus obtemperat. Admirare prodigioſũ illud facinus, quod ignito in clibano patrauit. Iuſſus enim (ne fermentata ceres acorẽ ſubiret) fornacem adhuc flagrantem abſtergere,illicò Abbatis mãdatum exequutus eſt; at quoniam ob temporis breuitatẽ, quo habitum induerat, agendarum rerum parum erat peritus,illam propterea, vt res expoſcebat,minimè purgauit; vndè,cum aduenienS Superior clibanum cinere pollutum aſpiceret,Donati,& obedientiam, & humilitatem experturus,ipſum iuſſit fornacẽ,licet æſtuãtem,ingredi, ac propria veſte abſtergere. Huic iuſſo nequaquã Diuus reluctatus eſt, imò ſuæ vitæ diſcrimen,cui manifeſtè exponebatur,mente nullo facto volutans,Crucis antea ſigno munitus,promptè illam ingreſ-

ſus

ſus eſt,confeſtim purgauit;& quamuis à voracibus flammis circumdaretur, intacto tamen habitu, atque incolumi corpore egrediens,ſummam illis admirationem peperit, qui tanti portenti fortunati ſpectatores extiterunt.

Nonnè igitur callis iſte cæteris admirabilior erit? in quo Donatus ſuperbum illud domuit elementum, ad cuius inuictam virtutem omnis deprimitur celſitudo,detumeſcit elatio, reformidat audacia, ſternitur ſuperbia,durities frangitur, iracundia compeſcitur,phreneſis cohibetur, emollitur rigor; Ad cuius inexpugnabile robur prçcelſa moles non ſurgit,quæ non ruat;ardua turris nõ extollitur, quæ ſolo non æquetur; nodoſa quercus altè non figitur,quę non ſcindatur; contumax metallum non ſolidatur,quod nõ liqueſcat; prædurum denique ſaxum nõ obdureſcit, quod ſtatim in cinerem non redigatur: Illud inquam elementum, quod ſi inter arcta ſubterranei ſpecus confinia occluſum,ignito ſuarum flammarũ plauſtro euectum, interpoſiti æris immenſas planities excurrere, & ad excelſam ſuam ſpherã ſuperbum

bum aſcendere non poſſe contingat, furioſum excandeſcit, atque ex terrefactis faucibus liquefacta ſaxa eructans, horrida, ſpaſaquè cæſarie, nec non horrenda tumidus audacia ſe ſe ſurſum extollẽs, liberum ſibi aditum aperit,& tetris caliginibus, quaſi funeſtis alterius excidij nuncijs lucem obruere, diem fugare, Solem tenebris offundere, humentes Lunæ oras ſiccare, atque arrogantiũ terrigenarum temerarium in aſtra certamen velle renouare videtur.

Verùm cur flamma ignobilis à Donato ſuperanda non erat, qui ſuo in corde præſtãtiùs fouebat incendium? Cur ſuauia illius ſuſpiriorum flamina æſtuoſi clibani ardores gelidos in rores extemplò conuertere non debebant? Quo pacto in cœleſtis ardentiſſimæ charitatis ignis aſpectu, quo Diui pectus flagrabat, terreſtres illæ faces in eius innocentiam ſæuire poterãt? Cur fortiſſimus ſuæ cõſtantiæ adamas edacis caloris viribus, quæ temporis momento tepeſcunt, reluctari nõ debebat? Si puriſſima Donati membra cœleſti compage conſtructa fuerant, qui poterãt inferioris elementi alterationibus ſubiacere?

Si

Si ipſe plena Luna videbatur virginei candoris argento vndiquè exornata, ſuperbientem illum ignem imperioſo pede prçmeret, oportebat, qui obſequioſus velut Atlas ſub argenteo eiuſdem Planetæ pondere curuatur? Si eius anima fulgentiſſimi Solis inſtar, quod animabat corpus, prçtioſum in aurum commutarat, expurgatum potiùs, quàm cõſumptum, ac magis cultum, quam in cinerẽ redactum è voracibus incendijs egredi præſtabat? atq; ſi ſua in ſede minimè ignis aduſſit, par erat, feruentes inter æſtus Donatum non cadere, cuius viſcera nõ niſi lenes amoris flammas hoſpitabantur?

Vulpes gallinas vorantes capit, ad Superiorem ducit, illisq; imperat, nè ampliùs eis noceant, quod nõ ſolum ibi vſque ad hæc noſtrą tempora cernitur, ſed vbicunque terra illius loci diffunditur.

CAPVT VI.

COntemplator vlteriùs (Rex perſpicaciſſimè) Donati feroces in belluas abſolutum dominiũ; Efficit ipſe, vt ſubdolæ, ac verſutæ Vulpes concordi cum gallinaceis pullis inito fœdere, in illos inſidias meditari, ac dentes acuere penitùs obliuiſcãtur. Nam conquerenti aliquando Superiori, quòd in Cœnobio, vbi Diuus reſidebat, pluriès gracillæ defeciſſent, maleuoli nonnulli reſponderunt, Donatum illas ſubripere, & clàm eas quoque comedere. Quorum mendacio cum fidem aliquam ille præſtaret, ſœpè Donatũ (licet alio ſub titulo) redarguebat, ſimulquè vituperabat: At quoniam innocentiæ candor maleuolentiæ tenebris offundi minimè poteſt, ideò vniuerſi Moderator Deus effecit, vt geminas Vulpes, quæ gallinaceos pullos necare, atquè vnà prædari conſueſcebant, Donatus aſpiceret, quas ipſe, neſcio quo mentis lumine, gracillarum fures exiſtimans, ibi eas repentè adortus eſt, vbi deprecabantur; & cruenta pullorum

ſtra-

ſtrage proſpecta, illis nè diſcederent, in Dei nomine præcepit, eaſq; Crucis ſigno deterãs apprehendit, vinxit, & coram Superiore tã-dèm adducens, hæc protulit verba. En fures Reuerende Pater, qui noſtros gallinaceos pullos deprędãtur. Ecce Vulpes edaces, quæ noſtras deuorant gracillas. Non mihi innocuo, ſed hiſce ſupplicia debentur. His dictis, adeò Superior obſtupuit, vt ipſum valdè pœnituerit toties innocentem Donatum increpaſſe. Vndè Diuus tunc Vulpes dimiſit, iuſſitquè eas non amplius Monaſterij pullos furari: Quod præceptum (proh ſtupor) vſque ad hunc diem ab illis obſeruatur, etenim ſępiſſimè Vulpes eodem in loco cum gracillis verſari videntur, & tamen inter eas nulla hucuſque contentio interceſſit; Imò finitimi populi huic tãtò Donati prodigio ſummam fidem præſtantes, ad Cœnobium ſe conferunt, atquè ab illius pomario, vbi (viuente Donato) gallinacei pulli manebant, magna terræ onera ſuſcipiunt, quam ad ſuas reuerſi Regiones circum domos, hortuſquè diffundentes, illuc non accedere Vulpes manifeſtè experiuntur, vbi eadem terra diffuſa

peritur;aut ſi accedere contingat, gracillis bella non mouent, ſed ſemper fœdus obſeruant.

Vrsum fauos mellis demolietem Beatus Donatus ſuo cingulo vinciens coram Superiore adducit.

CAPVT VII.

IPſe quoque Diuus operatur, vt immanis Vrſus mitem in Agnum cōuerſus, ac ieiunio aſſueſcens, non ampliùs vētris ingluuiem expleturus, mellis fauos demoliatur. Cum enim prædicti Cœnobij fratres mellis fauos in illo repoſitos ſæpè læſos, ac ferè depopulatos inuenirent, excubare decreuerunt reum detecturi; & cum excubarent, ferocem Vrſum aſpexerunt, qui neſcio, an fame impulſus, an potiùs mellis dulcedine illectus, ad alueare feſtinantèr greſſus dirigebat, cuius terribili aſpectu illi perterriti, arma capere, eique occurrere diffiſi ſunt. Solus autē Donatus nulla correptus formi-

di

dine,ſed magnanimo auſu occurrit,eumquè Crucis ſigno detinuit, ac proprio cingulo vinciēs,coram Superiore adduxit,cui obſtupeſcēti,nè timor incuteretur; Nè paueas,inquit Donatus,etenim illum nunc tibi vinctum adduco,qui liber noſtros fauos deprędabatur; quem,poſtquam Superior proſpexit,eum in locum Donatus reſtituit,vbi cœperat;atque ſoluto vinculo liberum dimiſit, hoc tamen illi præcepto impoſito, nè amplius illuc ſe conferret, Cœnobij bona demoliturus. Cui iuſſo ferox ille Vrſus ita obtemperauit, vt ibi nunquam ab aliquo viſus ſit.Cur ergo nunc admiranda hæc portenta proſpiciens, mecum non exclamas? En innocens Adam, cui belluæ obſequium præſtant,& cuius nutibus promptiſſimè parent. En ſacer Orpheus,qui deuotè hymnos concinens,ad armonicos concentus cicures trahit feras.En candidus Vnicornis,cuius in aſpectu ſæuiora animantia natiuas deponunt immanitates. En quanti roboris eſt Donati exemplum;ab ipſo enim ieiunante, voraces etiam nemorum accolæ ieiunare dedicerũt. Ecce quàm nobilis Diui caro cibus exiſtit,

ci-

cibus tam dulcis,ac pręcioſus, vt diuino ſolũ gutture dignus, ab Vrſis abſorberi minimè debuerit. Ecce tandèm ille, qui ad coronas Pardorum, Leonumquè luſtris intextas, acerſitur, dum ab inhumanis belluis, humana ſuſceptat obſequia.

Beatam Abetinam, quæ conſpexiſti, atq; vnà admirata es immanem Vrſum à Donato vinciri, & tua per compita ab eodem vinctũ deduci. Tu mihi terreſtris nouus Paradiſus videris, in quo Donatus, nouus etiã vt Adã, effrænes cohibet belluas, eiſquè leges imponit. Quid ergo mendax fama Alcidis mihi robora commemoras? Qui tenellus adhuc puer, Leonum, Vrſorumquè guttura diſcerpebat. Ecce nunc verus Hercules, qui inermis, ac nulla militari diſciplina inſtructus, ſed viua tantùm erga Deum fide munitus, nemoroſas feras adoleſcens manſuefacit; ſed nolim hoc prodigium cẽſere, par enim erat, vt qui tartarea monſtra proſtrauit, terreſtris etiam Vrſi proſterneret audaciam.

Quam-

Quamplurimę Beati Donati virtutes breuitèr narrantur.

CAPVT VIII.

SEd hic inæquabilia Donati portenta non abſoluuntur, neque hos breues inter cancellos peramplæ ſemitæ, per quas expatiatur ipſe, clauduntur. Extremos nixus perpendito, quibus annorum firmitudinem præcurrens, in vnaquaque virtute adeò præcellit, vt excelſos ſeniorum ſodaliũ honores obumbret, atque in ipſa vitæ aurora, ſub fulgentiori abſolutarum perfectionũ meridie præluceat. Licet enim ſanctis moribus imbutus effulgeat, ſe non parum ſontẽ exiſtimat. Quamuis (ſecũdante gratia) ſocios ſanctitate præſtet, ſe tamen inter omnes minimum fatetur: Et ſi egregijs effluat virtutibus, vanæ ambitionis aura non quatitur: Et quamquam Cœleſtibus extollatur honoribus, ſe tamen Cœnobij ianitorem eſſe non indignatur, immò viliora illius exercitia cõplecti-

plectitur. In crimen non labitur,& aſperrimas agit pœnitẽtias; Senſũ rationi reluctantem non habet, & rigidis illũ ſupplicijs torquet. Aliud puluinar, quod deſuper corpus aſſiduis laſſatũ pœnis acquieſcat, prætèr nudam tellurem non exoptat. Alias non cupit mollities,quàm ſetoſi cilicij aſperitates. Formoſam virginitatis roſam,aculeatis flagellorum ſpinis tuetur. Lautæ illius menſæ,interrupta ieiunia,& dulces potus,perẽnes fletus exiſtũt. Paternæ domus commodis Religionis præponit incommoda. Plus cellulæ anguſtijs,quàm palatij amplitudinibus delectatur. Abiecta,laceraquè tunica magis, quàm pretioſo fruitur indumento. Potius clauſtri ſolitudinis, quàm amicorum multitudinis amore capitur. Omnis voluptatis egeſtatem omnium ſolatiorum diuitijs anteponit. Magis illi arridet contemptio, quàm obſequiũ; neceſſitas,quam libertas;ſeruitus, quàm dominium;labor,quàm quies;vigilia,quã ſomnus;fletus,quàm riſus. Monaſterij egeſtatibus ſemper ſtudet,ſed à cœleſtium pulchritudinum contemplatione non diſtrahitur. Flagrat erga Deum charitate, ſed ſodalium

ca-

calamitatum miſereri nõ deſinit. Noua merita ſuperaddit antiquis, ſed mundi ſectatorum commiſeratur errorum. Diuinis obrutus gaudijs ſæpiſſimè iubilat; ſed quia à paucis ex animo immenſa Dei bonitas diligitur, ſummoperè triſtatur; Et licet cœleſtibus cãtibus illectus, os ſæpè ſoluat in riſum, aliena tamen ſcelera ſatis amarè deplorat. O calles admirandi, ò portentoſæ viæ, quas Donatus ſua in adoleſcentia cucurrit.

In gurgitem gelidarum aquarũ hyemis tempore nudus immergitur Beatus Donatus, integriſq; noctibus ibi moratur.

CAPVT IX.

SEd antequàm incultæ huius orationis vela contraham, nõ poſſum nõ valde obſtupeſcere, quotiès inter alias Diui pœnitentias, eam vnam cõtemplor, quæ vix ab illis, qui rigidas Thebaidis colũt Eremos,

fuit mente cõcepta; vndè captus admiratio-
ne, dum tenerrimum, nulla labe pollutum
adoleſcentem, . duriſſimos cruciatus ſpontè
ſubeuntem in ſpiculo, ipſum cogar innocentẽ
pœnitentem appellare. Non multum à Mo-
naſterio prędicto S. Honufrij diſtans, ſinuoſũ
reſidet antrum; qui ab architectricis naturę
induſtria concameratos deflexum in arcus,
immenſum montium pondus, nõ fabuloſus
Atlas ſtrenuè ſubſterat. Defluit per abruptos
illius aufractus tortuoſis glomeratus gyris
obſtrepens fluuius, gigantea proles pygmęa-
rum ſtillarum, quæ ab humentibus, conue-
xiſq; fornicibus guttates, atque in amplo ca-
uernoſi pauimenti alueo collectæ, in vaſtum
Briareũ ſe transformant; qui per anfractuo-
ſum ſpecus liquida centum brachia diſten-
dens, vmbroſas eius ripas obmurmurando
circumdat: & nè hoſtilis incendij ardentes
reformidet inſultus, gelidarum aquarũ ſtre-
nuiſſimas inſtruens acies, in occluſo, glacia-
toque campo ſe ſe vndiq; gelu obarmat, vt
inimicũ ignem ad fera bella laceſſat. Admi-
randumq; prodigium eſt, quòd huius flumi-
nis lympha, glacialis licet, potius tamen in

 li-

liquidas ſoluta margaritas excurrat; quam horridi frigoris dura frænata cõpede chryſtallus euadat.

Ad has gelidas vndas (ſodalibus nocturnō ſopore detentis) Donatus ſe confert; atq; in aſperioribus hyemis rigoribus, corpus atrocitèr vexatum, pluries in illas ſe nudũ immergit, integriſquè noctibus immoratur. Aurora autẽ illuceſcente confeſtim ad Cœnobium reuertitur, & clàm ingreſſus (nè de foris veniſſe putetur) ijs omnibus, quorum curam ſuſceperat, fungitur officijs.

Nunc equidem nullo pacto hic paſſum facundiam coercere, quin illa admirationis alis peruecta per amplum euentus tam prodigioſi Cœlum expatietur. Quòd Macedonũ Mars Alexander, vt glacialium temporum algoribus aſſueſcat, põderoſis armis onuſtus, gelido in lacu diù immoretur, hoc inter admirabiliora adamantini illius Herois facinorà, qui duriora infortunia imperterrito animo ſubſtinuit, adſcribi minimè debet. Sed quod tener Adoleſcẽs, glaciato in amne nudus demerſus, integras noctes orando impẽdat, illud vnum portẽtum eſt, quo maius nõ

inuenitur. Quod Seraphicæ familiæ Parens impuras fœdæ libidinis flãmas extincturus, algentes in niues ſe conijciat,res eſt non valdè admiranda.Sed quod innocens Donatus, qui inter candida intactæ ſuæ puritatis lilia, venenoſos impudicitiæ non fouet angues,ſe rigidum intrudat in flumen,ſtupor eſt, quẽ non capio. Quod gens mille morbis oppreſſa,vt priſtinæ valetudini reſtituatur, in probaticam piſcinam deſcẽdat, à ratione alienũ non exiſtimo. Sed quòd Diuus, nulla culpæ contagione correptus, brumalibus in vndis ſe torqueat, poſſibilitatis confinia trãſgreditur;Et quòd quadraginta Martyres ab horrida niuoſi gurgitis hyeme, ad cœleſtis Veris amænitates euolent, nõ paruum gratię prodigium exiſtit. Sed quod algidis rigoribus, gelidiſſimæ Genitricis tremulis partubus, puer vnus conſtantèr obſiſtat, id vniuerſa ferè portenta longè antecellit.

Quòd ſi quis dicat,Donatum non ſua,ſed impudica aliorũ ſcelera huius fluminis glacie punire,non ſecus ac Diuus Ignatius Loiola,vt feruidi iuuenis libidinem puniret, ſimulquè extingueret, gelidum ſe quoq; proiecit

iecit in amnem. Et hoc non nè immenſam illius charitatem ſumma cum admiratione patefacit? Etenim quis vnquam nouum hoc medēdi genus expertus eſt, vt æſtuāte ægr oto, Medicus ſe mergat in vndas? Vt illo mo rtifero impudicitiæ aconyto infecto, hic antidotum capiat? Vtquè illius venis peſtifero repletis humore, hic pharmacum abſorbeat? At ſi alius addat, quòd Diuus adoleſcens, cum ardentem ſui cordis febrem diuino accenſam amore, ſiue roſcidis lachrymarū imbribus, ſiue frigidis ſuſpiriorum auris, ſiue cruētis riuulis, quos aſperæ flagrorum acies per vniuerſam cūtem reſerarunt, parumpèr attemperare non poſſit, gelidis balneis illam extinguere tenetur. Piæ huic ſententiæ libentèr ſubſcribo; ſed heu æſtuoſa Donati febris rigido circumdata gelu, non modò non extinguitur, ſed prodigioſa antipariſtaſi magis, ac magis accenditur.

Habitus monaſticus ſeruatus à Beato Donato, cum in gurgitem ſe immergit; à Superiore abscōditus;

tus, in eundem locum diuinitùs transfertur.

CAPVT X.

PRæclarum autem hoc facinus tantæ exiſtit magnitudinis, vt profundiſſima velut abyſſus, geminas alias non minoris admirationis inuocarit abyſſus. Cum enim ex vna parte Cœnobij Rector hinc indè gradiens Donatum aliquando perquireret, luſtratiſq; penetralibus non inueniret, in eius tandèm incidit indumentum, quod ille abſtruſo quodam in angulo, priuſquàm gelidas iniret aquas, deſerere cõſueſcebat. Quapropter, vt locum, ad quem Diuus clàm ſe cõferebat, detergeret, ſublatam chlamydem alio tranſportauit. Sed proh ſtupor! illuc extemplò tràſlatus eſt habitus (ab Angelis reor) vndè fuerat ſurreptus, quem more ſuo, flumine derelicto, induens Donatus, Conuentũ petiuit, atque aſpicienti Rectori tantam peperit de prodigio, quod euenerat, admirationem, vt ille deinceps nõ ampliùs ab ipſo, ſiue abeunte, ſiue reuertente, rationem exquirere auſus ſit.

In-

Incredulus de pœnitētia peracta à Beato Donato in gurgite aquarum, in illummet prolabitur cum ſui periculo; & ab eodem ei apparente incolumis eripitur.

CAPVT XI.

EX altera verò parte incredulus quidā tam magnum in eiſdem aquis portētum expertus eſt, vt ſicut antea ob incredulitatem mortis faucibus ſe commiſerit, ità poſtea fidem præſtando ab illis liber euaſerit. Nōdum quatrageſimus annus euolutus eſt, quo in Abetinam nobilis quidam Vir Baronis munere functurus, miſſus fuit, vbi vix paucis immoratus diebus ſœpiſſimè ab illius accolis portentoſum Donati gurgitem, qui propè aderat, ſummoperè celebrari percepit; Vndè maxima curioſitate motus, illum viſere decreuit; & cum perueniſſet, primùm circumſpexit, deinde perpendit, atque

quę loci aſperitate concepta, arduum ſanè cenſuit Donatum illis in aquis immerſum, integras noctes pœnitentiam agendo conſumpſiſſe, ſimulquè mendacem credidit famam, quæ tanta Diui miracula per eas oras magno fauſtu ferebat: & dum ita incredulus per gurgitis riuas iret, atq; rediret, pes illi ex improuiſo defecit, & nullo reperto obice, in aquas miſerrimè prolapſus eſt. Quaproptèr, cum ſe iam iam ſuffocari animaduerteret, recordatus crimen, in quod inciderat, cœpit valde ſe pœnitere nullam fidem præſtitiſſe portentis, quæ in illis aquis demerſus Donatus patrauit; imò ſuis vocibus Diuum inuocauit, vt iniuriæ immemor ſibi iam perituro citam opem afferret. Illicò Iuuenis Donati habitu indutus apparuit, qui eius dexteram apprehēdens, ipſum è medio gurgite confeſtim exemit, atque humi eo incolumi derelicto, extemplò euanuit. Tunc ille in ſe ipſum reuerſus, rectè ab illis aquis, quibus minimè crediderat, ſuæ incredulitatis duritiem emollitam eſſe cognouit, atque ab eodem gurgite, qui Beati Donati membra ſuauitèr lamberat, meritò illum fuiſſe puni-

tum,

tum, à ſupremis illius prodigijs nulla fides præſtabatur; & cum à Diuo Donato, quem inuocarat, vitam recepiſſe perſpexiſſet, ſtatim tantum explanaturus fauorem, ad eius Cœnobiũ ibi proximum ſe contulit, & cunctis fratribus totum, quod euenerat, fideliter enarrauit.

O gurgitem omnium maximè prodigioſum, qui lucidis tuis aquis atram huius increduli maculam abſterſiſti, qua clara Donati portenta tentabat offundere. Tu ſummo tuo rigore eius pectus ſatis arctè conſtringens, extinctam fidei flammam accendiſti. Tuos inter humores credidit ille prodigijs, in quos prodigiorũ Operator ſe ſæpè ſubmerſerat. Nunc probaticæ piſcinæ non inuidebis, etenim licèt illa mira patrauerit facinora, tuas quoquè res geſtas nemo deſinit admirari; & quamuis illius aquę ægra colluentes corpora, læthales ab illis ægritudines ſtatim exturbarint, tuæ etiam aquæ, poſt Donati obitum, ægris in potum oblatæ, à mortiferis valetudinibus eos illicò vindicarunt.

Obitus Sancti Donati Monachi.

CAPVT XII.

SEd hei mihi,neſcio quis inter loquendum funeſtùs horror è tumulis egreſſus,meum obruit ingenium, linguam cohibet,robur obtundit,cruorem cõglaciat, & parum abeſt quin ob ſpirituum defectum vitam ipſam extinguat? Ille quidem Donatum ad interitum properare manifeſtè denunciat;nec mea me fallit opinio. Etenim Sanctus Adoleſcens cum breui tẽporis tractu ad ſummum perfectionis faſtigium perueniſſet,& non dum quatriluſtris, nimis celeritèr virtutum omnium maturitatem aſſequutus, arduas Religionis metas attigiſſet, adeò Dei luminibus arriſit,vt ille theſaurum tam pretioſum amplius à tellure poſſideri impatiens,à mortifera valetudine innocens corpus ab immortali anima ſegregari præcepit, vt illo ad mortalium exemplum hîc in orbe morante, hæc ſuis fruitura amplexibus Cœlum triumphatrix aſcenderet. Illicò di-

diuinis monitis læthalis obtemperauit infirmitas. Vndè Donatus oppreſſus morbo decumbens, ac ſupremum vitæ diem inſtare præſentiens, execrandum in Orcum ſe ſtrenuè Sacramentis muniuit: Hoc interim ſpatio benedictione à Cœnobiarcha flagitata, veniaquè à ſodalibus petita, nunquam amatorias preces in Deum iaculari, atque ſitientis inſtar cerui ad perennes æternitatis fõtes anhelare deſiuit, donec terreno carcere formoſa eius anima ſoluta, igneis charitatis alis ab imis hiſce Regionibus ad excelſa gloriæ cacumina aduolaret. Aduolauit tandèm, eamquè nonnulli integerrimæ vitæ aſſtãtes fulgentiſſimam non ſecus lucem cœleſtes oras aſcendentem, atque vndiq; radios euomentem conſpexerũt. Decens namque erat Solem tam decorum ad Beatum Paradiſi Orizontem luminoſum ſibi itèr aperire, & per cryſoſtratas vias ad præcelſos immortalitatis apices appellere.

Contigit eius Obitus in Diui Honofrij Delubro decimo ſexto Calendas Auguſti, Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo octauo, qui primus erat annus, quo

Innocentius Tertius Vaticanum regeret, & vltimus,quo Henricus Sextus (tunc Neapolis etiam Rex) imperium teneret. Abbate in Virginei Montis Congregatione D. Gabriele,& in præfato Sancti Honofrij Cœnobio Diuo Paſchaſio,cuius corpus in eiuſdem Congregationis Sacrario ſumma veneratione ſeruatur.

In ſolamen finitimorum populorum Beatus Donatus, licet mortuus,è ſuis ſcapulis brachiũ auulſit,illisq; reliquit,quod vſq;ad hęc noſtra tẽpora integrum apud Aulettam Oppidum ſeruatur.

CAPVT XIII.

TAlem Donatus vitam duxit, ſic viuẽs, corporeus licet, cœleſtis tamen ſpiritus viſus eſt. Sic de tribus expugnatis hoſtibus inſignes breui triumphos reportauit.

uit. Sic tandèm è vita diſceſſit, atque in editiſſimo Cœli Capitolio celeberrimus triumphator euaſit, qui priùs humi ſtrenuiſſimus extitit bellatór; Et quamuis ibi gemmato redimitus diademate lætitia exultet, non tamen hic mira prodigia deſinit operari; Atq; illud vnum cæteris præſtantius exiſtit, quod donec Orbis permanebit, ſemper, & vbique terrarum celebrabitur. Cum enim poſt Donati obitum venerabile eius corpus in Ripã Candidam ſuam Patriam à conſanguineis aſportaretur, & finitimum quoddam Oppidum (Aulettam nomine) pertranſiret, confeſtim numeroſa incolarum Cohors illud cõſpectura feſtinauit, lachrymaſquè iugitèr effundens, querulis hiſce verbis alloquuta eſt. Quò pergis vnica ſpes noſtra Donate? Siccine nos pulcherrimè Sol, licet extinctus, atras inter mœroris tenebras deſtituis? Ergò mortuus omninò nos deſeres, qui viuens noſtras has Regiones etiam, atque etiam cohoneſtaſti, nec non egregia tuorum portẽtorum fama extuliſti? rectè decet te ibi iacere, vbi vitalem auram vſque adhuc inſpiraſti? Satis ſit Ripæ Candidæ pro ſumma eius gloria tibi

na-

naſcenti cunas dediſſe, modò præſtat tibi extincto Aulettam tumulum parare? Quod ſi origini exanime corpus reſtituere, patriumquè ſolum inaudito prodigio Oriẽtem vnà, & Occidentem reddere geſtis, ſaltem nobis, nè te penitùs orbati acritèr lugeamus; aliquod amoris pignus derelinquito? Sed proh ſtupor! flentem populum ſolaturus Donatus, brachium ſuis è ſcapulis confeſtim auulſit, illiquè largitus eſt; quod in eadem Auletta apud Conuentuales Franciſcanæ familiæ fratres integrum ad hunc diem, atque prodigijs affluens aſſeruatur. O felicem Aulettam, ò terquè, quaterquè beatam, dum tanti Herois dexteram tuo ſinu fouere promerita es. Modo nõ amplius Auletta, ſed omni Regum, atque Imperatorũ Aula longè dignior, ac præſtantior diceris, in te enim non terreni Reges, aut Imperatores, ſed Donati, inuicti Cœleſtis militię Ducis, brachium acquieſcit. Sileat nunc Fama, audacẽ Scæuolæ dexteram, quæ ſæuas inter flammas intrepida exardeſcens, mortis ſæuitiem contemnere videbatur; nam magnanimi tui Ducis brachium, gelidas demerſum in vndas, maiora

pe-


peperit prodigia. Neque Roma Cæſares iactet ſuos, ſtrenuiſſimæ quorum manus vniuerſum ferè orbem expugnarunt; Aſt tibi Donati dextera extollenda eſt, quæ etiam extincta, viua patrauit miracula. Tuo equidèm inuideo fato, huius enim ſub dexteræ auſpicijs tartareos non formidabis inſultus; Et ſicut exterminator Angelus agni ſanguine ſignatas domos non euertebat, ita tibi Eumenides, præpotens Donati brachium inſpiciẽtes, officere minimè audebunt. Quare tantò ditata theſauro, lætare, & feſtas ducito Choreas, dum ipſe ad tuas glorias efferendas ignarus, obmuteſco.

BIBLIOTECA ... ROMA ...

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google